



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Dvx Spiritvalis**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.Xiii.**

Dvcis Spiritvalis Tractatvs Secvndvs, De Sacra Lectione, & Meditsatione,  
Complectens quicquid pertinet ad cognitionem sui ipsius, Christi Domini  
nostri, eiusq[ue] Sanctoru[m], ac Dei, ex rebus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48784](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48784)

DIVCIS SPIRITVALIS  
TRACTATVS II.

DE SACRA LECTIO-  
NE ET MEDITATIONE,

COMPLECTENS QVICQVID  
pertinet ad cognitionē suipsius, Chri-  
sti Domini nostri, eiusq; Sanctorum, ac  
Dei, ex rebus creatis, & ad feruentes  
affectus, qui eandem cognitionem  
comitantur.



MYSTICA Spiritus scien-  
tia, quæ tribus vitæ con-  
templatiuæ actionib. cõ-  
paratur, LECTIO-  
NE, MEDITATIO-  
NE vel CONTEM-  
PLATIONE, & oratio-

ne, de qua hactenus egimus, proprios suos,  
ex quibus addicitur, sicut reliquæ humanæ  
scientiæ libros habet: quamuis, eò quod hæc  
est mystica, etiam aliqui eius libri sint my-  
stici.

Primus maximeq; proprius, qui & cæteris  
præsupponitur, est ipsa SCRIPTURA SA-  
CRA, in qua reuelata sunt Diuinâ mysteria

Dux. Spirit. Tract. II.      Ee      medi-

SPIRI-  
ONTE

meditanda & contemplanda à qua divina scriptura, tanquam à fonte prodierunt alij libri deo deuoti, quos Patres Sancti, & huius scientiarum magistri, conscripserunt.

*Secundus* liber est **CREATURARVM**, & stabilis huius mundi, quæ sunt scriptura creatoris in quibus tunc beneficia & excellentias suas, tum nostras miseras nobis manifestat.

*Tertius* liber est **PROPRIÆ CONSCIENTIÆ**, siue propriæ vitæ, & animæ cultus cum omnibus experientijs bonorum & malorum, quæ quisque expertus est, & experitur in ea.

*Quartus* liber est admiranda visibilis **ECCLESIAE FABRICA**, dominatum vitæ Sanctorum exemplares, qui præcipue sunt eius partes: tam qui iam præterierunt, quam qui nunc supersunt: ipsi enim sunt viæ virtutum & æternarum rerum lectiones.

*Quintus* isque pretiosissimus est liber **VITÆ AGNI IESU CHRISTI**, veritatis & hominis, ex quo primum in utero Sanctissimæ Virginis Matris suæ fuit incarnatus, & que ad eius Ascensionem in cælos, cum videretur que suo statu, quem nunc habet, altero in celo Empyreo, altero in Sanctissimo Sacramento: & in hoc libro multo emittitur manifestatur *ultimus* liber **DIVINÆ ESSENTIÆ**, eiusque excellentiarum perfectionum; quem idem Agnus percipit, quod earum aliquas legere ac intelligere potest.

ere possemus : qui liber est proprium per-  
fectæ contemplationis obiectum , de quo in  
tertio Tractatu agemus: quinque reliqui ma-  
gis propriè spectant ad lectionem & medita-  
tionem, quæ ad ipsam contemplationem di-  
ppunt ; suntque huius Tractatus argumen-  
tum, quamvis ob similitudinem, quæ in mul-  
tis rebus inter meditationem & contempla-  
tionem intercedit, dum de altera agimus, aliquid  
necessè sit de ijs tractare , quæ ad alteram  
spectant.

CAPVT. I.

DE MEDITATIONE DIVI-  
norum *Mysteriorum*, & quod eius fi-  
nis sit tres perfectas cognitiones gigne-  
re, Dei videlicet, Christi, suiq; ipsi-  
us, ad permouendam voluntatem ad  
effectus feruentes & quorsam in eis  
ordo sit seruandus?



ITA Contemplatiua siue Spirit<sup>u</sup> 2.2. q. 180, art. 2.  
sciètia (teste Angelico Doctore )  
còsistit essentialiter in actib<sup>us</sup> in-  
tellectus nostri nobilissimis; cu-  
ius finis est visio, cognitiove per-  
fecta Dei, ac Sacratissimorum eius mysterio-  
rum, vna cum excellentissimis voluntatis a-  
ctibus, qui ex ea cognitione proueniunt;

E e z quinq;

SPIRITUS  
INTELLIGENS

S. Thom. 2. 2.  
1. 180. ac. 3.

1. Sap. 7. 22.

S. August. lib.  
de quant. ani.  
maz.  
Richar. lib.  
de contem-  
plat.  
S. Bonavent.  
ib. de itin.  
rario metis.

quiq; simul adiuuant, vt ea cognitio cretca  
ad perfectionem perueniat. Verum cum ha  
scientia adeo sit excelsa, eiusque obiectum  
deo immensum, non potest in hac vita obtine  
ri, nisi plurimis varijsq; actibus, quamuis  
undē finem directis. Quam ob causam dicitur  
a Spiritus Diuinæ sapientie esse vnicus &  
triplex: vnicus, quia à solo vno principio, et  
Spiritus Sanctus procedit; habetque vnica  
solum præcipuum finem; ipsam coniuuat  
cum Deo: cum quo vnus idemque Spiritus  
per amorem, est tamen idem multiplex, quia  
complectitur multitudinem actuum & ex  
citiorum, ad finem hunc adeo excelsum con  
quendū: quos actus conati SS. Patres & Sacer  
Magistri, ad certū numerū reducere, quod  
cōprehēdi possent. Quo vero maiori claritate  
procedamus, sufficiet, tres intellectus ad  
signare, qui spectant ad vitam cōtemplati  
uam, quorum vnus sit tanquā principū & fundamē  
tum, alius tanquā mediū, tertius tanquā finis & ter  
tius perfectionis complementū, qui vltimū  
clarisq; vocabulis CREDENDI, MEDITANDI,  
DI, & CONTEMPLANDI exprimumur.

§. I.

*De actibus Fidei.*

**P**RI M V S actus consistit in simplici  
uorum mysteriorum apprehensione  
firmo certoque iudicio, quod illa  
vera eaque firmitate credenda quod Deo  
illat

illa reuelauerit: ad quod nos inclinatur supernaturale fidei lumen, quod ipse Deus fidelium mentibus infudit, sine quo impossibile est, nostro tantum lumine naturali perfectam horum mysteriorum cognitionem assequi, ut insinuauit Isaias Prophetam, cum dixit, *b si non credideritis non intelligetis* nisi vestrum intellectum captiuum ad credendum, quod Deus reuelauit, non assequemini perfectam eius cognitionem. Ex quo patet, quod animae nostrae aspectus in hac reuelatione mortali, sit semper alia obscuritate & nebulosa velatus, ut peruenire non possit ad perfectam illam claritatem, qua beati fruuntur in gloria, iuxta illud Apostoli; *videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem faciemus faciem*. Et quamuis multa sint specula, in quibus Deus in hac peregrinatione videatur; omnia tamen, teste Sancto Augustino, reuocantur ad duo, ad *creaturas* videlicet, in quibus creatoris perfectiones resplendent, & ad *sacras scripturas*, in quibus mysteria quae de seipso Deus reuelauit, continentur licet parabolis ac difficillimis aenigmatibus occultata. Et hoc speculum est principaliter: quia multo plura complectitur, quam in creaturis visibilibus cognoscipossunt; eaque reuelat maiori spiritu ac certitudine: ideoque in eo exercetur magis proprius primus actus intellectus, scilicet *CREDENDUM*; qui adeo efficax esse solet, ut saepe haec sola credulitas simplexque visio, coelesti illustratione adiuta, absque nouis ratiocinationibus sufficiens sit, ad inflammandum ignem affectuum

b Isaias 7.9. iuxta LXX.

1. Cor. 13. 12

In Psal. 14. & 1.6. & in Roman. lib. de Trinit. Damasc. lib. 1. cap. 1. S. 1 hom. O. p. 7.

SPIRITUS  
INTELLIGENS



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

fectuum in puris & synceris cordibus nã  
statim atq; silex chalybe percutitur, scintilla  
erupit, quæ siccũ accenditur fomentum, et  
postea magnus ignis consurgit: ita et quocumq;  
dei nostræ mysteria sunt instar silicis, nã  
videlicet ignis non terreni, sed cœlestis ac  
uini; statim atq; intellectus chalybe; hæc  
illustrati ea credẽtis, veraq; iudicãtis, tãgunt  
erupunt scintillæ tenerorũ affectuũ in cor-  
dibus, ad eos concipiẽdos benè dispositis; et  
postea magni splendoris & nouarum consi-  
derationum affectuumq; flammæ prouentum  
qui amorem ipsum perficiunt. Quod  
ridie experiuntur, qui pios libros legunt  
& conciones aut spirituales exhortationes  
audiunt, etiamsi nouas ipsimet ratiocinationes  
non addunt. Quo etiam fit vt, ad omnia  
rationis exercitia, vitæq; contemplatiua  
opera, aptissimum sit principium, à feruentibus  
fidei actibus initium sumere, intellectum  
applicando, vt scilicet magna viuacitate statim  
credatq; mysterium meditandum; cogitatio  
q; de Dei præsentia, cum quo est collocatur,  
ac de necessitate, ob quam ad orandũ accedit,  
ex feruenti enim huiusmodi principio  
prodire solent feruentes meditationes, illu-  
strante Deo Domino nostro obscuritatem  
dei illustratione sua cœlesti, quam expedire  
tere hac ratione, O saluator dulcissime, datus  
ge mihi fidem, quò tua mysteria ita credam,  
eadem intelligam; & ita verò intelligam,  
eadem amem, atque amplectar.

d Luc. 17. 5.

§. 2.

*De proprio Meditationis officio.*

**H**OC primo fidei actu præmissio, duo a-  
lii vitæ contemplatiuæ proprii super-  
sunt, alter qui per intellectus ratiocina-  
tionem efficitur, quæ MEDITATIONEM  
vocat, alij consideratione aut speculatione;  
alter, qui absq; ratiocinatione æternâ verita-  
tis magna certitudine ac viuacitate penetrat,  
et modo visionis siue aspectus, quæ vocamus  
CONTEMPLATIONEM: de qua in proxi-  
mo tractatu agemus.

MEDITATIO, teste S. Augustino, est oc-  
cultæ & latetis veritatis secreta inquisitio, aut  
ut Richardum, est attendita quædam ac dili-  
gens intellectus nostri applicatio ad inquirē-  
dam & patefaciendam aliquam veritatem, aut  
mysteriū, quod latet; explicando videlicet illud,  
quo penetrari atq; intelligi omninò possit. Id  
est, quod a re vna in aliã discurrit, quærens & sta-  
tuens præcipuè hæc quatuor; *Naturam* videli-  
cet & proprietates rei, quæ meditatur; *Causas* & *fi-*  
*nes* eius; *effectus*q; ac *circumstantias* reliquas,  
quæ illam comitantur. Si. n. aspiciat librū siue  
speculū *creaturarum*; ex eis ratiocinando, in-  
telligit excellentias creatoris, à quo illæ pro-  
cesserunt; *Fines*, ad quos illas ordinavit, propriã  
scilicet ipsius gloriã, & nostrã utilitatē effectus, quos  
per easdem operatur; & bona, quæ per eos nobis  
communicat; *Circumstantias* deniq; loci tem-

lib. de Spirit.  
& li. de Cō-  
templ. cap. 20.  
S. Bonavent.  
Itinere. 2. c. 2.  
Gerson de  
mystica The-  
olog Specu-  
latina p. 4.  
confid. 27.

SPIRITUS  
INTELLIGENS



lib. 1. de Con-  
sideratione.

ons, ordinis & modi, quo illa facta fuerat.  
Si speculū *sacrarum Scripturarum* inspiciat,  
uoluit earum parabolas, & enigmata, pro-  
ferens in lucem occultas veritates, quas illi  
nobis insinuant: nam (vt ait S. Bernar.) propriū  
est Considerationis, extricare & euoluere  
confusas recolligere dispersas, occultas sca-  
tari, quærere veras, & fictas patefacere: quod  
hac sollicitudine diuinas quærere veritates, non  
incidit in illas. Nec est contēta simul & quæ  
in confuso, fidei mysteria credere; nec capi-  
tā, quasi iam præterita tantum, aut futura, et  
quasi valdè distantia; sed viuacitate ac velo-  
tate sui discursus imaginationis suæ vi ad  
ea aspicit tanquam præsentia, & iam proxima.  
Eadem ad sepulchrum descendit, ad purgato-  
rium, & ad ipsum infernum; rendit ad Beati-  
hemiticā specū, & ad montem Caluarii p[er]  
vulnera Christi crucifixi ingreditur, eiusque  
interiora penetrat: ascendit quoque ad  
pyreū coelum & puenit vsq; ad thronū  
Dei, & in omnibus his locis aspicit ac circū-  
spicit quicquid in eis agitur, ab vna re in aliā de-  
rens, donec assequatur omnia quæ desiderat.

In id. Cant. 1.  
Adolescentu-  
luz dilexe-  
runt te.

Hoc ipsum excellenter explicuit S. Grego-  
rius dicēs, quod qui multum Deum diligunt,  
ingrediuntur ad interiora, vt illum inueniant.  
quia De⁹, inquit, in superficie nō iacet, cōuenit  
suis meditationib; pijs lectionib; & cōtinua  
cogitationū suarū exāminatione ac ratiocina-  
tione incessanter illū quærere, donec inueniant.  
Quasi diceret: pfecta cognitio mysterio-  
rum De-

rum Dei, qui dicitur *Vere Deus absconditus*, <sup>e Isa. 45. 5.</sup>  
 non inuenitur in superficie creaturarum, aut  
 in diuinarum scripturarum cortice, sed in in-  
 ternis & occultis earum arcanis, eas videlicet  
 interiore animæ oculo penetrando per le-  
 ctionem, & profundam intellectus medita-  
 tionem: vnde procedit vera spiritus scientia,  
 perfecta que rerum diuinarum æstimatio, qui  
 est primus fructus, & meditationis maxime  
 proprius, ex quo alij plures oriuntur.

Sic vt enim simplex aliquis rusticus, qui  
 pretiosum in platea inuenit lapillū, quamuis  
 eius colore & splendore illectus eum acci-  
 piat; quia tamen eius virtutem & valorem nō  
 intelligit, non magni illum facit; sed facile  
 pro re alia commutat, aut distrahit vili pre-  
 tio: peritus autem Trapezita ex illa externa  
 specie ex pondere, alij que occultis signis pe-  
 netrat ad eius valorem & virtutem: & quia  
 illum benè nouit, etiam magni facit, & soli-  
 tē custodit. Ita, inquam, si superficie tenus  
 creaturas aspicias, cognitione quadam exter-  
 na, quæ te oblectat, & sis contentus, sista que  
 in credendis rebus fidei simul, & quasi in con-  
 sulo, eisdem que cursim omnid. legendis:  
 paruum rerum æternarum opinionem habe-  
 bis, eas que facilè deserēs, vt temporalibus  
 fruaris, quod si tamen meditatione, diuina my-  
 steria penetres, perpendens ac ponderans,  
 quæ in illis latent, maximi ea facies; <sup>f. Matt. 13. 44</sup>  
*que, si opus erit, vniversa qua habes, vt compa-*  
*re holurum que fodiendo in agro, vbi erat*

SPIRITUS  
INTE

*absconditus, inuenisti.* Et quoniam virtutes  
vitæ Christianæ, præcipua sunt huius thesauri  
pars, & meditationis materiæ, intelliges, quod  
*virtus in superficie non iacet*, nec in extremis  
parte corporis, nec in operibus purè externis  
sed præcipuè in interiori & secreto cordis.  
Ac proinde cum eas meditaris, aut consideras  
progrrediendum tibi est ab externis ad interna:  
& ab ijs, quæ corpus facit, aut patitur, ad  
ea quæ in spiritu geruntur. Quæ omnia voluit  
Christus Dominus noster nos docere, cum

g Ioan. 15. 39

dixit, *g scrutamini scripturas, quia vos patetis  
in ipsis vitam æternam habere: & illa sunt  
quæ testimonium perhibent de me.* non enim  
dixit, legite; sed: *scrutamini.* quia scrutari  
est diligenter inquirere, quod est absconditum.  
Et quoniam vita æterna, quæ est Deus ipse  
trinus & vnus, Christusque Seruator noster  
ac ipsæ virtutes, quibus eum honoramus, ca-  
demque seruiamus, latent in secretissimis di-  
narum scripturarum penetralibus, non facile  
est eas quomodocunque legere, sed oportet  
attenta & profunda meditatione eas scrutari.  
Tunc enim certissimum dabunt nobis testi-  
monium omnium æternæ vitæ mysteriorum, quæ  
in ipsis latent. Et propter eandem causam po-  
tuit Christus D.N. dicere nobis: *scrutamini  
creaturas, quia illæ testimonium perhibent de me.*

h Rom. 1. 20

*inuisibilia Dei à creatura  
mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta cõspiciuntur.*  
NON tamen existimare debemus, medita-  
tionem hoc suo scrutinio contentam esse, ac si

ster

here in quæredis occultis Dei: nam quod po-  
 ssum spectat, est ratiocinationibus & cō-  
 siderationib. suis duplicē cognitionē assequi,  
 que sunt instar duorū polorum aut cardinum  
 vite contemplatiuæ, *Dei*. s. ipsius cognitionē,  
 & *nostri ipsorum*, in quibus mouetur tota ma-  
 china contemplationis & meditationis, trāseū-  
 do ab vno ad alterū, & i *ascendendo* sicut Ange-  
 lus per *scalam*, quam vidit Iacob vsq; ad eius ca-  
 pum, vbi *Deus scala ipsi innititur*: & descēde-  
 do statim ad infimū vsq;, vbi iacet Iacob dor-  
 miens; iterumq; ascendendo & descēdēdo per  
 gradus ratiocinationū & meditationū, ad pro-  
 ptersequendum quid sit Deus, eiusq; excellē-  
 tias; ac simul q. d. sit homo, eiusq; miserias, cla-  
 mando sēper ad Deū, cum S. Aug. *nouerim me,  
 & nouerim te*. O Deus æterne, nouerim, quæso  
 me; idq; q. ex me ipso habeo: vt profunda ex eo  
 humilitate erubescā; te verò nouerim tuam-  
 que magnitudinem, vt me, ad tecū ardētissima  
 charitate cōiūgēdū, erigā. Colligatio vtriusq;  
 huius cognitionis exprimitur nōe Rachelis,  
 q. heura fuit vitæ cōtemplatiuæ: Idē. n. est teste  
 Hieron. ac *videns Deū vel visio sceleris*, idq;  
 fortasse ideo, vt intelligamus, spirituale ani-  
 mæ visionē in his duabus rebus debere consi-  
 stere, & ab vno ad alteram esse transeundū;  
 nam in visione sceleris, q. ad propriā cogni-  
 tionem pertinet, cernuntur infinita magna  
 Dei, illud sustinentis, & condonantis in visio-  
 ne verò ipsius Dei apparet iniquitas foeditas  
 que peccati, quo Deus offenditur.

S E D

i Gen. 28. 12.

De nomin.  
Habiat. in  
Genes.SPIRITUS  
INTE

II.

k Ioan. 17. 3.

SED quoniam Deus Dominus noster, ut peccati malum repararet, voluit fieri homo; hinc est, quod eius cognitio sit bipartita: alia scilicet secundum diuinitatem, alia secundum humanitatem: nam in vtraque dixit ipse CHRISTVS SEQUATOR noster, esse *kvitam et eternam*. Sunt enim eius principium, mediū, ac finis. Principium, ob fidem viuā; medium, ob deuotam meditationem; finis ob teneram & beneuolam contemplationem. & propterea forte Rachel nomen S. Gregorio teste, interpretatur *videns Deum, vel videns principium*. Quis verò est principium, nisi ille Dominus, qui interrogatus à Pharisæis, *I tu quis es*, dixit: *Principium qui & loquor vobis*. nam ipse reuera quæ Deus principium est omnium creaturarum; & bonorum omnium, quæ in eis sunt: quæ vero Deus & homo, principium est omnium gratiarum & donorum, quæ de cœlo in nostrum commodum descendunt. O Saluator dulcissime nouerim me, ut deprehendam, quanto per te indigeam te; nouerim autem te, ut bona videam quæ collocas in me. demittendo me ob miseriam, quam ex me ipso habeo; erigendo me vero, ob ea, quæ de infinita tua misericordia spero.

Ioan. 8. 25

III.

Ex dictis sequitur, vitam contemplatiuam (ut bene obseruauit Gerson) esse instar montis cuiusdam, in quo sunt tres mansiones, in inferiorum *infima* manet cognitio propria, in

qua se meritò exercere debent tyrones, scruta-  
 ntes vias suas, ac meditantes peccatorū &  
 peccatorū suarum miseras, vt ab eis liberari stu-  
 deant. In *mēdia* residet cognitio Christi Ser-  
 uatoris nost: i, in qua longiores moras trahe-  
 re debent proficientes, scrutantes ac meditan-  
 tes virtutes, operaque cœlestis huius magistri,  
 ad eum studiosè imitandum. In *suprema* ha-  
 bitatione manet cognitio Dei, secundum e-  
 us diuinitatem, in qua habitare debent per-  
 fecti, meditantes ac expedientes diuinas per-  
 fectiones & beneficia, vt suo creatori perfecta  
 amoris vnitione iungantur. Et hic transfor-  
 matio fit spiritus nostri in diuinum, per con-  
 templationē. Quamuis singuli horum statuum  
 sua propriam sedem teneāt, vt aliarum etiam  
 exercitia participēt ob connexionem, quam  
 inter se mutuam habent. Qui enim in via pur-  
 gatiua versatur, in suis miserijs cognoscen-  
 dis occupatus, non potest non eleuare oculos,  
 vt aspiciat, earumque reparatorem agnoscat:  
 Qui verd in via vnitiuā versatur, cognoscens  
 diuinas excellentias, inde quoque tuas utili-  
 tates melius deprehendit. Quare ex eis-  
 dem libris & eisdem mysterijs deduci pos-  
 sunt prædictæ omnes tres cognitiones,  
 licet aliter atque aliter, vt in  
 progressu declara-  
 bitur.

SPIRITUS  
INTE

§. 3.

*Qua ratione Meditatio gignat affectus?*

**V**IDEAMVS nunc, qua ratione meditatio in his habitationib. assequatur principalem suum finem vt moueat scilicet voluntatem ad exercendos nobiles suos actus tribus his cognitionibus proportionatos, vt intellectus conuictus vi veritatis, quam agnoscit, moueat efficaciter voluntatē, vt virtutem velit, erga eandem afficiatur, exercetque charitatis ac deuotionis actus, quorum in præcedenti Tractatu mentionem fecimus. Sed quoniam magna deceptio huic rei subesse potest, adferemus similitudinem, quam inuenimus sinuauimus silicis & excussoris ferri, quo vt mur ad ignem eliciendum. quatuor enim hic eueniunt. nam aliquando, sæpè ictu silice, nec scintilla vlla prodit, nisi post multum temporis magnique laborem: aliquando exeunt quidem scintillæ; sed in ipso seeprius extinguuntur, quam ad fomentum perueniant: aliquando perueniunt quidem scintillæ ad ipsum fomentum, sed quod illud sit humidum, non concipit: aut certe non extinguitur, eò quod scintillæ valde fuerint exiles: denique aliæ scintillæ receptæ in fomento, statim ignem exuscitant & flammam. Sic inquam quadruplex est affectus

tus siue conditio meditantium veritates & mysteria fidei. Quidam enim multum temporis consumunt, eadem mysteria quasi percutiendo meditatione & ratiocinatione, nullo interim bono affectu aut proposito concepto, manente ipsa voluntate sicca, tepida ac frigida vsque ad finem ipsius orationis; in quo aliqua tandem scintilla post magnum laborem erumpit. Quod quidem euenire solet aliqua ex tribus causis.

Prima est in pœnam peccatorum, & ob negligentias in seruitio diuino, aut in præparatione ad orationem aut meditationem: sicut Moyses (iuxta mentem sancti Cyrilli & aliorum Doctorum) non eduxit in aquam ex *prima* virgæ percussione, donec *secundo* percussisset: in pœnam incredulitatis ac diffidentia, qua silicem primò percussit: cum autem *bis* percussisset, egressa sunt aqua largifera: ablata enim culpa, maior consuevit dari gratia.

Refert Glos  
se ordinaria  
& Lyra.  
in Num. 10. 11

Secunda causa est, ad probationem nostræ patientiæ ac perseuerantiæ, & vt nostræ diligentia curaque in eo quod agimus, crescat: Ad eum modum quo n *Elisæus percussit aquas Jordanis pallio Elia*, vt eas diuideret, non sunt diuisa ad primum ictum, donec maiori seruore ac fiducia dicens, *vbi est Deus Elia etiam nunc percussit secundo aquas, & diuisa sunt huc atque illuc*: crescente enim fiducia

6 4. Reg. 2.  
14 1

SPIRITUS  
SANCTE



fiducia ac diligentia, Deus non differt suam misericordiam.

*Tertia* causa esse solet, eo quod meditationis argumentum non sit accommodatum tui & conditioni meditantis: sicut mysteria diuinitatis, quamuis sint filices, ex quibus Perfecti magnum eliciunt ignem; non tamen sunt adeo apti filices pro Tyronibus & imperfectis, ob status illorum imperfectiorem: vult enim Deus Dominus noster, prius illis exerceri consideratione aliorum mysteriorum quæ eorum necessitati magis conueniant. Et quoque occultior alia causa, ex prouisione Dei, qui distribuit interdum mysteria secundum ipsos perfectionis gradus: ita ut quibusdam mysterium Natalis ipsius Christi talis sit sicut flex, ut statim atque de eo meditantur, sentiant se deuotione accendi: alijs mysterium orationis Christi in horto est huiusmodi flex. Expediit autem, vntinquemque attendere illud mysterium, in quo Deus cor eius mouet, ut in eo ordinari se exerceat, quæuis non propter cætera sint mysteria omittenda: nam minus interdum cogitanti aperietur porta ad ingrediendum in ea.

## II.

Alii sua meditatione multas scintillas bonorum desideriorum extrahunt; quæ tamen omnes in aere ita euanescent, ut cordi non adhæreant: quod etiam ex triplici alia radice prouenit.

*Prima* est, quia illa sunt desideria ipsius tantum, & non mediocum: talia tunc

ideria pigrorum; qui toti sunt in propria salute desideranda, non tamen habent illorum mediocrius desideria, quibus voti compotes evadunt. Contra quos dixit Saluator, *o quærite regnum Dei & iustitiam eius*, desiderantes videlicet non solum ipsum regnum Dei, & salutem, sed etiam iustitiam bonorum operum, quibus illa obtinetur.

*Secunda* radix est, eò quod sint desideria verum valde uniuersalium, non descendenti ad particulare illud, quod est executioni mandandum. Sicut qui desiderant esse sancti & humiles, sed non desiderant efficaciter illa exercitia, in quibus sanctitas consistit & humilitas. Nemo enim est adeò impius, qui non velit esse bonus: aut cui virtus non probetur, vitium verò displiceat. Sed ut tale desiderium sit homini utile, necesse est, ipsam desiderare humiliationem, qua virtus humilitatis obtinetur. cõcipienda itaque sunt firma proposito, virtutes exercendi, superatis omnibus earum difficultatibus.

*Tertia* radix est, eò quod desideria versentur circa res, quæ etsi alioqui sint bonæ, non tamen sunt meditantis necessitati conformes. Si enim plenus ille sit passionibus, expendat verò rationem in excitandis desiderijs moriendi, si opus esset, pro Christo, suasque facultates pro ipsius amore largiendi, immemor sit interim desiderare mortem suorum vitiorum, quibusque inordinatis affectionibus renunciare: talia inquam desideria sunt instar scintilla-

Dux spirit. Tract. II. FF rum

SPIRITUS  
INTE

rum in aere volantium, quæ non exerunt vim suam in corde; & instar globorum qui emittuntur ex tormentis in altum, murum, ad quem erant dirigendi, descendent.

3.

ALII sunt etiam, qui excutiunt quidem scintillas bonorum desideriorum, percipiuntque ad cor; sed citissime extinguuntur non communicato calore ipsi cordi, altera duabus causis: Una est quod ipsa desideria sunt tepida, nec satis radicata: quia in meditatione, quæ illorum fuit causa, non satis profundè fuerunt concepta.

p Ose. 6. 3.

QVEMADMODVM Oseas propheta dixit, de populo suo, *p misericordia vestra, quasi nubes matutina & quasi ros mane pertransiens, qui orto sole, statim arefcit.* talia sunt proposita, quæ concipiuntur, exerceantur, quæ virtutum opera ex aliquo bono motu, quod repente offertur; sed facile frigescunt quacunque oborta difficultate: quia non firmiter radicum in ipsum cor. Quamobrem dixit Sapiens *q vult & non vult piger.* Non quod modo vult, quia arridet & videtur bonum, statim idem non vult, quia videtur difficile.

q Prou. 10. 4.

ALTERA causa est, eo quod scintilla cadat in cor valde humidum ab affectionibus rerum terrenarum, quas ni deserat, succumbat statim desiderium illud rerum carnalium, accurrente mox ad contrarium spiritu Dæmonis, *qui delectatur in*

c Iob. 40. 18

mentibus, horret verò arida, illorum scilicet, qui pravas huiusmodi affectiones mortificaverunt.

COLLOCA ergo te, sicut dicebat David, coram Deo sicut terra deserta & iniquos, ut consideres eius virtutem & gloriam: & tunc concipies ignem ex scintillis bonorum desideriorum, quæ tibi communicabit infinita eius misericordia: sicut alij multi in sua meditatione experiuntur: qui statim atque felices diuitorum mysteriorum attingunt, magnam copiam proferunt feruentium desideriorum, & propositorum efficacissimum, generosa ad eò firmaque resultatione, ut certam putent, quod faciendum proposuerunt, & exemplo Zachari dicant Deo suo: *timidum bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem di fraudari, reddo quadrupla.* Nò dico dabo aut reddã, sed do, & reddo: ad eò. n. est firmum decretum inuites diuine gratie, vt non cogitent, se promissis defuturos, sicut vscintilla vna, si adhæreat & alatur, ingens ignis exurgit. Ita ab his desiderijs, quæ in meditatione erupunt, si nouis rationib. & considerationibus veritatũ, quæ illa excitarunt, accendatur, ingens exurgit amoris ac deuotionis ignis, qui ad multos dies perdurat. q̄ indicauit David cũ dixit: *x̄ caluit cor meũ in tra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Meditatio est, quæ cor accendit scintilla boni desiderij, quæ ipsa alit, vt crescat, magnaq; flamma exurgat. O Saluator dulcissime, qui dixisti: *y igne te*

41  
Psal. 62. 2.

Luc. 19. 8.

Eccl. 11. 34.

Psal. 38. 4.

Luc. 12. 49.

Ff 2 velle

SPIRITUS  
INTE

*velle mittere in terram, nec aliud velle, nisi  
accendatur. Veni, Domine, in terram cordis  
mei, cum tua mysteria meditor: ex quibus  
tillas ignis excute, quæ illud inflamment,  
qui desideras hunc ignem augeri, ita me  
meditatione adiuvata, ut semper hic ignis  
deat.*

S. 4.

*De ordine affectuum.*

**S**UPEREST iam ut declaremus horum  
affectuum varietatem, & ordinem  
exercendis seruandum, qui adducitur  
dulcissimis illis verbis libri Canticorum.  
*Introduxit me Rex in cellam vinariam, &  
dinavit in me charitatem.* & quæ hæc cella  
nisi profunditas diuinorum mysteriorum,  
diuina scriptura reuelata, quæ sunt tanquam  
celestia vasa, ex quibus Meditatio celestium  
minis illustrata, vinum haurit feruentium  
affectuum, ei, quod est affectu, conformis  
moris scilicet, laudis & gratitudinis ad Deum,  
gaudij aut compassionis & imitationis Christi;  
contritionis & humiliationis super seipsum  
alios quoque misericordiam, & zeli boni pro  
ximorum. Et quamuis hæc vina proprie  
tur interdum delibanda extra hanc cellam,  
cum ea Deus repente, & nulla præcedente  
causa, communicat: ordinariè tamen non  
propinatur copiosè haurienda, nisi ijs, qui  
eam ingressi sunt per orationem, & Meditatio-

1 CARL. 2. 4.

tionem, aut Contemplationem, sequentes  
 scilicet Regis cœlestis impulsus, illos diri-  
 gentis ac manu ducentis, voluntatemque im-  
 pellentis, vt *bos aperiat*, & *repleatur* cœle-  
 stibus his affectibus: qui comparantur c *vino*,  
 eo quod *ratificent cor hominis*, repellendo om-  
 nem tristitiam; & animam corroborent ad  
 ea, quæ sunt dei ini seruitij, omni humano ti-  
 more remoto, efficiunt que feruorem spiritus,  
 dum instar musti bulliunt desiderijs rerum  
 grandium; excutientes omnem pigritiam in  
 eis aggrediendis; & interdum ebrietate qua-  
 dam sancta, adferunt homini obliuionem sui-  
 ipsius, rerum omnium terrenarum, vt aggre-  
 ditur ea quæ ipsius vires & facultatem exce-  
 dunt. Et quamuis præcipua eorum vis sita  
 sit in spiritu: sæpè tamen is abundantia suæ  
 facit ipsam carnem participem, deducens il-  
 lam in eandem cellam; & propinas illi vina,  
 quæ ipse præbabit: ita vt d *cor & caro simul*  
*exultent in Deum viuum*: exercente etiam in-  
 feriori parte eosdem affectus, quos pars supe-  
 rior exercet, sicut supra est dictum de tenera &  
 sensibili deuotione.

b Psal. 90. 11.

c Psal. 103. 19

d Psal. 81. 3.

I.

OPORTEET tamen, ipsum Regem cœle-  
 stem, in hac sponse in cellam introductione,  
 ordinare in ea *charitatem*, ipsos scilicet affe-  
 ctus certo ordine collocando. Sicut enim vi-  
 na sunt alterius coloris, & saporis, quædam-  
 que alijs pretiosiora: ita magna est affectuum  
 varietas: quorum ordo in eo consistit, vt prius  
 illi exerceantur, qui sunt *viæ purgatiuæ*: hau-

Ff 3 riendo

SPIRITUS  
 INTE

e Psal. 59. 5.

riendo e *vinum compunctionis*, ac doloris nostrorum peccatorum, quò ab eis mundemus: postea sequantur affectus *via illuminata* hauriendo f *vinum germinans virgines*, & obediens cum firmis propositis in omni genere virtutum.

f Zach 9. 17.

g Cant. 5. 1.

h Ioan. 2. 10.

i Mat. 9. 17.

ET denique sequantur affectus *via virtutum* qui sunt à vino, quod propinatur g *amicis*, & quo *inebriatur charissimi*; faciuntque illos extra se, vt uniatur Deo. hoc est h *vinum bonum* & pretiosissimum, quod *seruat Christus* Seruator noster in *vitinum locum* quare scilicet anima est iam valdè purificata. Quod admodum enim *non mittunt* homines i *vinum nouum in vtres veteres*, alioquin *rumpunt vtres* & *vinum effunditur*: Sic inflammatio amoris affectus, & vnionis cum Deo, zelus proximorum, non conueniunt illis, qui olescunt sapientie vtres veteres: quia nec ipsi proficiunt, nec affectus elucebunt, aut tamen esse apparebunt, Vinum itaque nouum in vtres novos mittatur, & antiquum in veteres, & vtraque seruabuntur accommodatis scilicet spiritus affectibus necessitati recipienti subiecti.

2.

IDEM cœlestis Rex alium etiam ordinem in eisdem affectibus constituit, ita scilicet eos commiscendo, vt ne vni tantum tribuatur, vt eius accessus alteri noceat, prope enim dicitur de sapientia diuina, quod *si scuerit vinum, fortius scilicet suauiori*; & v-

k Prou 9. 2.

nam timoris diuinæ iustitiæ cum vino confidentiæ de eius misericordia; & vinum zeli cum vino compassionis. Si enim purum biberes vinum compunctionis peccatorum tuorum, non admiscendo spem veniæ, incideres in defectionem animi, ac diffidentiam, quæ obstarat, quo minus ab eis minus liberaberis. Immo, vt in libro Canticorum dicitur: *Miscet vinum cum lacte*, vt dulcedo & lenitas cœlestium consolationum moderentur amaritudinem & rigorem aliorum affectuum.

1 Cant. 5. 1.

Ponit quoque ordinem in quantitate ac duratione huiusmodi sensuum & affectuum, *in dans potum in lachrymis in mensura*, teneramque deuotionem vsque ad certum terminum: ne nimia noceat spiritualis ebrietate degenerante in sensualem; & feruore spiritus in feruorem indifferetum, rumpanturque vtres ob nimium vinum nouum in eos infusum; & Doemonium meridianum, specie deuotionis, deijciat talem in illusionem.

in Psal. 69. 5.

DENIQUE ita in his affectibus ordinem constituit, vt præ omnibus velit, eminere charitatem, iuxta illud: *Et vexillum eius super me dilectio*, eleuante scilicet super cor nostrum vexillum suum amore puro DEI, qui est vinum nouum legis nouæ, & nō *mandatum nouum*, proprium hominis noui

3.

10. 2. 13. 34

Ff. 4

Chri-

SPIRITUS  
INTE



noui Christi IESU. Ex quo hauriendum  
 est copiosè, si cupis renouari ad eius simi-  
 nem & similitudinem; coniungendo  
 reliquos virtutum affectus. Et quoniam  
 celsus hic Dux, & Rex æternus eleuauit  
 xillum amoris, cum penderet in cruce; me-  
 ditatione tibi est ingrediendum in cellam vi-  
 riam, sacratissimum scilicet eius cor, per  
 vulnera, vt ibi inebrietur accensis affectibus  
 quos producit meditatio dulcissimorum  
 eius laborum. O Rex cœlestis, qui dilectam  
 tuam sponsam in cellam vinorum tuorum  
 cœlestium introduxisti (nisi enim tu in-  
 duxisses, illa per se ingredi non potuisset)  
 produc me etiam ad intimum eius recessus  
 adeoque feruentem fac me inde exire ad vir-  
 tutes procurandas, vt earum per te perfectio-  
 nem acquiram, Amen.

43

Lib. 1. de  
 consider.

Lib. de spir.  
 & lit. 6. 70.

Ex dictis deducere licet præstantiam &  
 necessitatem altissimi huius exercitij Medita-  
 tionis, quo medio Deus tot mirabilia facit, vt  
 enim S. Bernardus ait: consideratio animam  
 purificat, regit affectus, eorum actiones dirigit,  
 superflua corrigit, vitam componit, cogi-  
 res ordinat, perfectam cognitionem rerum  
 humanarum ac diuinarum scientiam generat  
 non vanam, quæ inflat; sed scientiam (vt  
 sanctus August.) quæ affert compunctionem  
 & deuotionem, nosque perpetua implet sancti-  
 tate. Persuadeas tamen tibi, te absque speciali  
 cœlesti auxilio nõ posse ad prædictam hanc medi-  
 tationem, eiusque tres mansiones peruenire; nec dis-

curius rectos facere ad quæsitâ intelligentiam  
 obtinendam; nec ingredi in cellâ diuinorum  
 orum affectuû. Nam vt Apost. dixit, o nos ne  
 scire quid o: emus, sicut oportet, nisi ipse spiritus  
 pro nobis postulet: nos. s. inducens ad perendû  
 remittibus inenarrabilibus. Ita dicere nûc licet,  
 nos nec legere, nec meditari, aut contemplari  
 scire, sicut oportet, nisi ipse Spiritus S. id per  
 nos faciat, supplens nostri â ignorantia sua illu  
 stratione; nostramq; infirmitatē sua inspirati  
 one adiuuans. Et nisi ipsemet ( vt ait S. Bona  
 uent. ) nobis inspiret *quid, qualiter, & quando*  
*de diuinis sit meditandû* meditatio nostra (& i  
 dem dico de lectione) erit inanis, vaga, & in  
 uilis; nec in ea accendetur ignis charitatis, sed  
 uanitatis. Quamobrē inchoanda tibi esset Me  
 ditatio ab illo versu Dauidis, verbo vno, cha  
 ritatis causa, mutato: *p Emitte lucē tuam & ve  
 ritatē tuam, vt ipsa me deducant, & adducant*  
*in montem sanctū tuū. & in tabernacula tua. O*  
 Deus æterne, emitte lucem tuam de cœlo, vt  
 mediter sicut oportet tua mysteria; & Verita  
 tem tuam, vt verē illa sciam æstimare: his enim  
 ducibus, securus ibo, & perueniam ad montem  
 sanctum vitæ Contemplatiuæ; ingrediarq; ad  
 habitandum in eius mansionibus, donec per  
 ueniam ad montem gloriæ, vbi me reci  
 pias in tuas æternas mansio  
 nes, Amen.

o Rom. 8.26.

Itinere 2. z  
 ternit. dist. 5.

p Psal. 42.3.

SPIRITUS  
 INTE

## CAPVT II.

**LIBROS SACROS, PRAECIPUE** verò Euangelia copiosã præbere meditandi materiã, & triplicem eius cognitionem; & qua ratione illi sint cum fructu legendi.



**P**RIMVS liber, in quo discitur sententia Spiritus, sicut prædiximus, & nominatur Euangeliorum liber, in quo magis expressè habentur præcipua mysteria, quæ sunt obiectum nostræ Considerationis: eadem verò Scriptura est primus Speculus, in quo licet videre triplicem faciem; quæ supra indicauimus, Dei. scilicet & Christi Seruatoris nostri, nostramque propriam. In ea nam omnes Veritates proponuntur, & manifestantur, quæ ad perfectionem horum trium cognitionem pertinent. Hanc ob causam Spiritus Magistri merito affirmat primum gradum Vitæ Contemplatiuæ esselectionem librorum sacrorum ac piorum: quorum lecturam, ut ait S. Bernar. est illustrare nostrum intellectus lumine diuinorum Verborum quæ in eis legimus; & prospicere Meditationi de materia copiosa, vera fixa, ac pia, ne defectu reuertatur de quibus cogitet, sterilis maneat, aut breuiter fit; nec defectu lucis & veritatis eorum, circa quæ ratiocinatur, aberraret; aut vagetur, ab vnâ ad alteram.

S. Gregor. li. 2. Moral. in princip.

S. August & S. Bern. in Scala claustral.

iteram inutiliter transeundo, eo q̄ determi-  
 natū argumentū non habeat, quo alatur; nec  
 uida sit & absq̄ succo, eo q̄ non adsit materia  
 adreapta, quæ illā irriget, ac emolliat. Præ-  
 sterea eadē Scriptura nobis prospicit de reme-  
 dijs cōtra vitia, de armis aduersus tentationes;  
 de consilio in dubijs; de solatio in tristitijs; de  
 animi robore in aduersis; de medijs deniq̄; ad  
 omnium virtutū perfectionē consequendam.  
 Quæ omnia copiosius in sacris libris inueniū-  
 tur, eod̄ quod illi (teste S. Dionysio) *sunt a illa*  
*mensa quam diuina Sapiētia proposuit in domo,*  
*quam sibi edificauit, hoc est, in Ecclesia Sancta,*  
*quæ abundat pane & uino: quia in ea est b pa-*  
*ne uita & intellectus, firmæ. s. solidæq̄; verita-*  
*tes, ex quibus procedit uita virtutum, & intel-*  
*ligentia rerum æternarum. Est quoque ui-*  
*num feruentium affectuum, mixtum aqua Sa-*  
*pientia salutaris, in salutem, fortitudinem, &*  
*gaudium cordis. Est itē c cella Regis Coelestis,*  
*& uinorum eius pretiosorū, in quam ille intro-*  
*ducit electos suos satiatq̄e famem & sitim*  
*inuitia, qua laborant. est vniuersalis apo-*  
*theca plena medicamentis ad omne genus*  
*morborum spiritualium; & d sicut turris Da-*  
*uid edificata cum propugnaculis, & omni arma-*  
*tura fortium aduersus omnes tentationes.*  
*Nam, etsi mensa sit delicata, praparat a ta-*  
*men est (vt ait David) in conspectu nostro ad-*  
*uersus eos, qui tribulant & persequuntur nos.*  
*Quamobrē dixit Apost. f omnis scriptura diui-*  
*nus inspirata, utilis est ad docēdū, ad arguēdū*  
 ad corrini-

S. Dionys.  
 Epist. ad Ti-  
 tum.  
 a Prou. 9. 2.  
 b Eccl. 15. 3.

c Cant. 2. 4.

d Cant. 4. 4.

e Psal. 22. 5.

f 2. Tim. 3. 16

SPIRI-  
 ANTE

ad corripiendum, ad erudiendum in Iustitia. ut  
 perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum  
 instructus. quasi diceret: sacram Scripturam  
 efficacissimam esse ad nos docendum veritates  
 luti nostræ necessarias; & ad eos hostes con-  
 vincendos, qui falsis rationibus se ducere  
 conantur; & ad vitia nostra excessusque cor-  
 rigendos; & nos in Virtutum & bonorum  
 exercitatione ita erudiendos, ut perfectio-  
 nem obtineamus, ad quam sumus vocati; &  
 eiusque finem, qui est *vita æterna*, quam in  
*Scripturis esse dicitur*, eo quod eum reuelat  
 qui est verè *vita æterna*, mediâque ad eam con-  
 parandam *apea*.

§. I.

*De quatuor sacris Euangelis.*

**H**OC tamen totum singulariter con-  
 net in quatuor sacris Euangelis, qua-  
 tuor (ut ait S. Gregorius) rotis mysticis  
 illius a *curtus* adumbratis, quæ sancta quatuor  
 animalia, quæ quatuor significant Enagelista  
 trahebant. In cuius proprietatibus, quas reuelat  
 Ezechiel, inueniemus, mirificè adumbratas  
 as, quas Sancti Euangelistæ habent. Quia  
 illa est velut fundamētum quod Veritates  
 nos docent, suntque nostræ Meditationis ma-  
 teria, sint in supremo gradu certæ, excellen-  
 tiæ, mirandæ, terribiles, copiose, ac profundissimæ  
 ad quod significandum rotæ illæ ita describuntur  
 fabricatæ, ut sint *firma, altæ, & aspectu hor-*  
*ribiles*.

Joan. 5. 39.

Homil. 6. in  
 Ezech.  
 & Eccl. 49. 10.  
 Ezech. 1. 18. &  
 6. 10. 16.

Statura erat  
 rotis

ibiles quasi visio maris; omnes enim veritates  
angelicæ tantam habent firmitatem, & sta-  
bilitatem, vt impossibile sit eas deficere in ve-  
ritate rerum, quas narrant, docent, promittunt,  
et minantur. b Amen quippe, dixit Christus,  
vobis: donec transeat cælum & terra, iota  
gram, aut vnus apex non prateribit à lege, donec  
omnia fiant. Est quoque in eis altitudo; re-  
velatione enim altissima diuinitatis arcana, ex-  
cellentissimas eius perfectiones, præmiorum  
prestantiam, virtutum excelsum; & al-  
tissimam, quæ desiderari possit, perfectio-  
nem. Verum aspectu quoque sunt horribi-  
les, & admirandæ, quatenus hinc aperiunt  
peccati, iudicij, & interni terribilitatem; vt  
profundius in propria cognitione fundemur:  
inde verò proponit aspectum terribilem cru-  
cis Christi; & plurima alia, quæ tum in ea  
nostri remedij causa est perpessus; tum aliàs in  
mundo, ad nostram instructionem & exem-  
plum est operatus. Et hinc est, quod eius vi-  
sio erat sicut maris, ob immensitatem veritatum  
& mysteriorum, quæ nos docent. & ita im-  
pletur quod scriptum est, quod c in die illa id  
est tempore Messie, terra replebitur scientia  
Domini, sicut aqua maris eam operientes. Et  
quamuis aliqua proponat mysteria facilia; alia  
tamen adeo sunt profunda, vt non possint pe-  
netrari, & propterea dixit Sanctus Gregorius:  
in pelago diuinarum scripturarum agnum am-  
bulare & Elephantem natare. Simples enim  
sicut agni, multas habent veritates expe-  
ditas,

b Matth. 5. 18

& altitudo

aspectus hor-  
ribilis

visio quasi  
maris  
c Isaia 119.

In prol. Mo-  
ral. c. 4.  
S. Bern. Serm  
6. paru.

SPIRITUS  
SANCTUS

ditas, quas legant & securè meditentur, et  
 vadentes profunditatem huius pelagi per  
 littus: Qui verò sunt magni ingenij, inueniunt  
 altissima mysteria in tanta profunditate, et  
 inueniant vbi pedem figant: non tamen  
 riclitabuntur, si natent humiliter, subijci-  
 res proprium iudicium, & venerantes arca-  
 nae non assequuntur. Quare vtrique, lectio  
 & Meditatione, vt oportet, peractis, eas de-  
 tinent proprietates, ita vt, si cupias stabili-  
 in diuino seruitio, animi magnitudinem, Sci-  
 etitatis culmen, & eleuatâ contemplatione  
 bi sis omnia inuenturus: & si velis altis-  
 ces iacere in timore Dei, & terribilitate  
 ciorum eius, libèterq; amplecti crucē Christi  
 bibere mare amarū laborum eius, tua peccata  
 amarè deslere; ad hæc omnia lectio hæc & Me-  
 ditatio, animum tibi addit: ita vt nec pro-  
 pter altitudinem euanescas; nec propter terri-  
 bilitatem timidior fias; nec tuam stabilitatem  
 mutes ob quamcunq; amaritudinem, aut te  
 uadentem tentationem.

SE D quid refert, qd Sancta Euangelia tot  
 tantis veritatibus plena sint, si oculos non ha-  
 bemus ad ea videnda: Hinc igitur eorum ex-  
 cellentiam agnosces: quia eadem ipsa sunt nobis  
 ois oculi ad mysteria diuina valde clarè, ac di-  
 stinotè, & sine velis figurarum cognoscenda.  
 Et propterea de rotis illis dicitur, qd essent pla-  
 nâ oculis ex omni parte ad ostendendum, & Ma-  
 blimem lucè cōmunicent ea legentib. & Me-  
 ditantib. quia illis manifestant, quæ sunt cre-  
 denda.

*Totum cor-  
 pus earum o-  
 culis plenum  
 in circuitu  
 ipsarum qua-  
 tuor.*

da præmia, quæ sunt speranda; pœnas quæ timenda; peccata quæ fugienda; præcepta & cõsilia quæ custodienda; beneficia diuina, pro quibus sint gratiæ agenda; ac deniq; quicquid est petendum ac meditandum. Ac proinde sunt sicut oculi fidei, Spei, & Charitatis, omniumq; virtutum, ad heroicos earum actus exercendos. quorum auxilio clarificabuntur oculi animæ tuæ, ad imitationem *oculorum sponfi*, de quibus dicitur, quod sint *sicut ipsa columba super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lota. & resident iuxta flumina plena.* Et quæ sunt aquæ istæ Chrystallinæ (ait Origenes) nisi sacræ Scripturæ? in quibus, tanquam in speculis cernere licet, culparum tuarum maculas, quas abluas lacte eius doctrinæ & instructionis? Ibi obseruabis umbras transiuntium uulnificarum, quæ volat per aëra; agnoscesq; virtutes Dæmonis, ut eas euadas. Ibi oculi tui conuertentur in columbas ob simplicitatem & innocentiam vitæ; & ob velocitatem, qua uolabis, ut bonum assequaris, quod cognosces; fugias uero malum quod uidisti.

Hinc alia excellentia oritur Sanctorum Evangeliorum, quoniam non solum sint nobis oculi ad uidendum, sed etiam pedes & alæ ad currendum & uolandum summa uelocitate, sequentes Deum & Christum Seruatorem nostrum; fugientes uero peccatum. Noticia enim, quam nobis dant, non solum est speculatiua, sed etiam affectiua & practica, quæ magna vi impellit, ad desiderandum & procurandum bonum, quod manifestat. Eam enim ob causam nomen rotarum erat

S. Bern. Ser.  
ad sororem.

id Cant. s. 2.

Homil. 3. in  
leuit.  
S. Greg lib. 2  
Moral.

SPIRITUS  
SANCTUS



e Ezech. 10. 13  
Vocauit vo-  
labiles

erat *Gigel* quod interpretatur *e volubiles*,  
velocitatem, qua mouentur, & teste Theo-  
reto, etiam significat *vim cognitionis*, ad figu-  
candum, quod Euangeliã, efficacitate  
cœlestis, quam intellectui communicant,  
piunt ad se cor, & fortitudinem impetunt  
ad currendum hilariter per viam perfectam  
reddentes iugum Christi suauissimum, & onus  
eius leuissimum. Quare valde proprie com-  
parantur rotis currus, sine quibus ille motus  
non potest, cum eis tamen velociter mouentur.  
Nam sine lectione & Consideratione  
veritatum, graue solet esse onus præceptorum  
& consiliorum: cum eis tñ valde leue est iugum  
leque portatur. Et sicut rotã particula  
tum quædam eaq; valde exigua terram tangit,  
cum reliquum eius sit eleuatum ab eadem, ita  
lectio faciet ad eodẽ cursum pertransire res ter-  
nas, vt eis cor non adhærescat inordinato mo-  
re: sed tantum de terrenis accipias, quod  
tibi necessarium ad vitam eternam  
dam; & mox eleues te velociter ad res cœ-  
lestes.

4.

Sed cupies fortè scire, vnde tot bonã, quæ  
dicta sunt, procedant, vt solidius ea feru-  
tiusque procures? ad hoc respondet idem Sa-  
ctus Propheta Ezechiel, dicens semel & iterum  
quod *Spiritus vite erat in rotis*, qui eas moue-  
bat & quocunq; iret *spiritus rotæ pariter eleua-  
bantur sequentes eum*. Et quid hoc est, nihil aliud  
significare, quod Spiritus, q̄ auctor est diuina-  
Scripturarum & animarum viuificator assistit  
eis.

f Ezech. 1. 20.  
21.  
Spiritus Vite  
erat in rotis,

legentibus & meditabitur, eleuando eorum  
 intellectus & voluntates, vt videant, ament, &  
 conueniantur, quod in eis latet; quod spiritualem  
 gratiam vitam hic, & postea etiam æternam cõ-  
 sequantur. Hic diuinus Spiritus aperit in le-  
 ctione sensum nostrum, vt eas intelligamus; &  
 in meditatione ignem accendit affectu, quos  
 sequamur; & in executione cor lætitia dila-  
 tam, vt pari cum ipso passu valde velociter cur-  
 ramus. Et miro quodam modo (vt ait S. Greg.)  
 veritates libri sequuntur motiones Spiritus

Homil. 7. in  
 Ezechiel.

*Et quo spiritus legentis tendit, eò diuina eloquia  
 mouentur; & sequuntur bonam eius propensi-  
 onem ac desiderium, quod tunc temporis ha-  
 bet; suggerēs illi rationes varias, motiuas & ex-  
 emplares, quæ iuuent cõseruationem, & augmentum p-  
 moueant boni illius affectus. Si accedis ad le-  
 ctionem Spiritu cõtritionis, aut affectu humili-  
 tatis; id, qd leges impellet ad maiorem dolorē,  
 & magis inflammatum desiderium te humiliā-  
 ti, quò perfectè humilis euadas. Quod si præ-  
 dominetur in te Spiritus amoris, aut gratitudi-  
 nis, inuenies in lectione veritates, & conside-  
 rationes, quibus boni hi affectus foueantur.*

Et hinc fit, quod sicut rotæ ad eò erant Sã-  
 ctis quatuor animalibus colligatæ, vt quando  
 illa per terram ambulabant, rota quoque ita  
 ambulat; & quando illa in altũ eleuabatur, rota  
 quoque pariter eleuarentur, sequentes eam, & cum  
 stantibus starent; ita viri spirituales tantam ha-  
 bebant cum lectione & meditatione sacrorum  
 Evangeliorum connexionem, vt, quod de

Dux. Spirit. Tract. II. Gg S. Cxc.

SPIRITUS  
 INTELLIGENTE

S. *æcilia* refertur, non velint ex manibus illa dimitte e, nec ex cordibus; sed sequantur & gressum & modum vitæ, quam illa habent. Si enim tu ambulas per terram exereendo vitæ actiue actiones, etiam scripturæ sacre sequuntur, dirigentes gressus tuos, ne tu in aliquid impingas: iuxta illud Dauidis: *psal. 118. 105 lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Quod si te in altum extollas exereendo vitæ actiue actiones, etiam te illæ sequuntur, mentem illustrando, ve excellere perfectionem consequaris. Quod si subtilis firmus stas, non tam agendo, quam patienter in hoc ipso illæ te comitantur, & corroborant ad omnia enim spiritualia exercitia multum conferunt, & omnibus personarum statum se se accommodant.

*h Sapi. 16. 20*

SICUT enim h *Manna* vnus tantum erat cibus omne tamen delectamentum & omnis saporis suauitatem in se habens ita voluntati iusti, illud comedentis se se accommodabat vt saporem ei afferret, quem vellet: Ita (ait Sanctus Gregorius) verbum Dei quod est in sacro Euangelio, auditorum & legentium conditioni se accommodando cuique spiritualem refectionem quam eius necessitas bonumque desiderium postulant. O Saluator dulcissime, qui gubernas gloriæ tuæ currum, tuam scilicet Ecclesiam am rotis diuinarum scripturarum, sacrorum Euangelis; illustra me eorum luce, & spiritu

*Lib. 10. Mo  
sal. cap. 9.*

antica, moue me velociter ad ipsorum gressum, vt vita mea sit ita conformis ei, quod illa tibi dicunt, vt consequar quod promittunt, amen.

§. 2.

Quinq; documenta pro lectione.

SVPEREST vt modum explicemus, quo Sacri libri, & alij quicunq; pij sunt legendi, ad quod præmittendum est discrimen, quod SS. Patres faciunt inter Lectionem & Orationem: Quod in Oratione nos loquamur cum Deo, gratiasq; petamus; in Lectione Deus loquatur, nobiscum inspirans nobis veritates, quas legimus: repetens scilicet in corde nostro quod earum scriptor de eis dixit. propterea Lectio est copiosa, quædam vena diuinarum inspirationum, & interiorum Dei allocutionum: quare ad eam, cum eo desiderio est tibi accedendum, vt hoc modo loquatur: diceſq; illi cum Samuel: *a loquere Domine, quia audivit servus tuus.* in hoc libro, quod tibi libuerit: ego enim parebo, faciamq; quod iusseris. Hæc ergo animi dispositione illud cogitabis, quod præcipuum perpendit Sanctus Gregorius, dicens: *Quæ est scriptura sacra, nisi quadam Evangelii omnipotentis Dei ad creaturam suam in qua arcana sua tibi reuelat, & diuinam suam voluntatem aperit, & si quis (ait) literas à terreno Imperatore acciperet, nõ posset quiescere*

S. August. in psal. 65.  
Isidor. lib. 3. de sum. bon. c. 3.  
S. Bern. Ser. 54 ad Soror.  
S. Ambros. & alij. apud Turrecre. Tract. 14. in regulam S. Benedicti.

1. Reg. 3. 10.

Lib. 4.

SPIRITUS  
INTE

donec legeret; & quod in eis scriptum est intelligeret, ut exequeretur: cur ergo tu es piger, ut cum cœlestis Imperator hanc Epistolam tibi miserit in proprium tuum commodum, tu eam legere negligas cum omni perditione. Stude, quæso te, quotidie legendis meditandis verbis tui Creatoris, exercenda *disce cor Dei in verbis Dei*, in quibus diuinitas cor est sculptum: in eis enim cernes cœlestis eius nobilitatem, amoremque erga te, & quid à te, ipse requirat, ut illi placeas. Accipe igitur, sacrum volumen in manibus, quam Epistolam supremi tui Domini & Matris, colloca illud super caput tuum, & reuerenter, & stude, ita *legere, ut intelligas*, quod si non assequeris, loquere tu illi, quod est enim; ac pete, ut tibi sensum aperiat, & illud intelligas.

*Matth. 24. 15.*

3.

**HINC** est quod lectio non debeat cursim & festinanter, sed cum mora & quiete, ut relinquatur locus illustrationi cœlesti. Loquatur Deus ad cor tuum per id quod legitur, & interdum breui aliqua interruptione consistes, ut meditando, expendas quod legitur, & illud amplius intelligas: aut, quod Sanctus Bernardus monet, hauries dulces aliquos affectus ad ipsum Dominum, tales ad te littera mittentem; & ad Magistrum, talem te docentem; aut breues aliquas petitiones inferas circa ea, quæ ibi legis: colloque cum eo qui tibi loquitur, ut pergat libere tibi loqui. Quod totum non tam lectio

*Ad frat. de Mont. Dei. S. Bonavent. in speculo discip. part. 2. c. 7.*

errumpere censendum est quam iuuare, vt  
illa vilis sit ac deuota; addereque Spiritum,  
propolior esse possit. Licet tantus esse pos-  
sit sensus internus, vt sit prudentia, lectio-  
nem tunc commutare, quo frui liceat pio il-  
lo affectu & consolatione, ad quam ipsa Scri-  
ptura dirigitur; & postmodum reuerti licebit,  
ad lectionem prosequendam.

Huius documento & illud adiunges, vt li-  
bros sacros, sicut S. Bernardus monet, eodem  
ritu, & in eundem finem legas, in quem illi  
sunt scripti: Ita vt ad eorum lectionem non  
curiositatis & vanitatis spiritu accedas, scien-  
ti v. g. tantum; aut vt magni aestimeris: sed spi-  
ritu Charitatis, vt discas, perfectius amare &  
obedire. In quo experieris mirabilem quen-  
dam circulum: incipiens enim hoc affectu li-  
brum legere, ipse affectus exaeruet te, vt, quod  
legis, intelligas; & ipsa lectio affectum ex-  
aeruet, quo accedis. Nam experientia (vt ait  
Cassianus) docet nos, quod bona cordis sen-  
silia faciant nos, maiori claritate, ac teneritate  
sentire sensus psalmodiarum, quos recitamus; &  
librorum, quos legimus. Et eam ob causam  
expedit, eum librum ad legendum eligere,  
qui sit dispositioni cordis conformior. Si enim  
magnum dolorem tuorum peccatorum sen-  
tias, aut cordis desolationem ob tuas miseras,  
facilius eum librum intelliges, qui de eo argu-  
mento tractet.

c. Rom. 15. 4.

3. vbi supra.

Collat. 10. c. 10. & col- lat. 14. c. 9.

PRAE omnibus tamen accedendum tibi  
est ad lectionem firmo quodam ingenuoque

4.

Gg 3 animi

SPIRITUS  
INTELLIGENTE

animi decreto, sequendi spiritus diuini imper-  
 rationem in quacūq; re, quam te ipse docuerit,  
 sicut qui Epistolam æterni Regis aperit, et  
 animo, vt mox ad illam responderent, non  
 bis modò, sed ipse opere: nec solum oratione  
 affectibus, sed etiam imitationis effectibus.  
 sicut qui sedet ad hanc diuinam mensam, non  
 tam vt cibos videat, quam vt eis vescatur, et  
 que illis alar eos sibi incorporando per  
 rem & executionem eorum, quæ lecta sunt.  
 Propterea enim d. Angelus non solum librum  
 expandit coram Ezechiele, & S. Ioanne, sed etiam  
 iam iussit comedere volumen, & intra vultum  
 sua illud reponere, vt videbimus postea. Et  
 hunc finem statuit Ecclesia, Sacerdotem, cum  
 in sacro Missæ sacrum Euangelium legere  
 incipit, formare crucem super librum, & ter  
 seipso, in fronte videlicet, ore, & pectore  
 quam eam lectionem finierit, accipere ipsum  
 librum in manus & osculari in ea parte, qua  
 crucem formauit. His ceremonijs significat  
 librum Euangelij sancti præcipue agere de  
 Christo crucifixo, & crucis doctrinæ; qua  
 non debet in libro sistere, quasi contenti sumus  
 eam legisse; sed transire debet, & imprimere  
 nostris cogitationibus, verbis, & operibus ob-  
 formando nos crucis sanctæ doctrinæ, & mor-  
 tificationi Christi Domini nostri idque  
 coactè, aut illibenter; sed magna voluntate  
 more: manus statim ad opus applicando,  
 exequendum promptè & libenter quicquid  
 nobis sanctum Euangelium commendat.

PRAETER hæc omnia debes in fine lectionis aliquas veritates temper eligere, quas tuam memoriæ archiuo reponas, siue ut habeas argumentum Meditationis, prolixius postea habendæ; siue ut easdem interdum animas, fouendo eis ignem deuotionis, aut ut fiat in promptu quando eis opuserit, colligendo sicut alter Dauid ex clarissimo hoc euerente lapidibus aliquot lapides, veritates scilicet, easque in sinu tui cordis reponere, iacendas aduersus inferni Gygantum te aggredientem, ut ad peccatum aliquod inducat: sicut eas iecit Christus Dñs. N. in deserto cū ab ipso met tentaretur scriptū (inquit) est, non in solo pane, &c. et non tentabis Dominum Deum tuum, &c. Nec existimes te intrare in hanc Dauidicam turrum, ut videas eius Propugnacula, & lyeosq; pendentes: Et omnē armaturā fortium, quæ in ea sunt: Sed ut, arma illa accipiens, sis vnus ex his fortissimis illis Peris, qui gladios tenēt, & sunt ad bella doctissimi, qui nisi super femur suū habent propter timores nocturnos, ut se videlicet à tentationib. tueantur, iuxta illud Dauidis: i. Scuto circumdabit te virtus eius ita ut non timeas à timore nocturno, protegendo te scilicet à capite vsque ad pedes. Et sicut scutum (ait S. Bernardus) ex parte superiori qua operit caput, latius est, ex inferiori vero parte, qua tegit pedes, angustum. & acuminatum: Ita Dei veritates ex superiori parte, qua cœlestia respiciunt, amplæ sunt & latæ: cor enim spe extendunt, & charitate dilatant:

5.

et. Reg. 17. 40.

f Matt. 4. 4.

g Cant. 44.

h Cant. 3. 8.

in Psal. 9. 5. scilicet 4. & 5. in Cant.

SPIRITUS  
SANTUS



aperientes omnipotentiam, providentiam, & fidelitatem Dei in suis promissis adimpletis ex parte verò inferiori, qua respiciunt ea quæ in terra, & sub terra geruntur, sunt angustia & acuminata, ut suppliciorum temporalium, & æternorum timore ac periculorum, labendi in peccata, in eis pereundi, idem cor terreat: & ex utraque parte hominem protegunt in tentationibus. Nam interdum rationibus superioribus defendunt eos, qui sunt tanquam capita, & melius se gerunt, viâ scilicet amoris, interdum rationibus inferioribus protegunt eos, qui sunt tanquam pedes, & timore magis aguntur. Et quamvis hostium *k tela sint ignea* (ut ait Apostolus) in hoc scuto tamen extinguntur, totamq. vim suam amittunt. Eisdem armis muniendus es etiam, quando accedis ad orationem, ad meditationem, & ad ipsam lectionem: Nã & ibi impugnaberis ab his hostibus, quoniam tñ eisdem scutis fidei resistes coniungendo semper alia exercitia cum alijs audiens quid loquatur tibi DEVS in Lectione: ut exaudiat ille quod tu petueris in Oratione; & ut proficiat quod cogitaueris in Meditatione. O DEVS æternæ *l cuius verba sunt quasi ignis* concede mihi, ea tali Spiritu legere ac ruminare, ut meum intellectum illustrent, Voluntatem inflamment, & cor à terrenis ad cælestia abueant: Spiritum que meum in tuum transeat in æternum.

*kEphes. 6. 16*

*lIere. 23. 29.*

6

DENIQUE obseruandum tibi est, *l*

scire velis meditari & ratiocinari circa di-  
 vina mysteria, plurimum conferre, frequen-  
 tare lectionem librorum sacrorum, & pio-  
 rum, facereque reflectionem circa discursus  
 & ratiocinationes, quas in eis leges. Nam illæ  
 fuerunt meditationes, quas Spiritus S. sacris  
 scriptoribus communicavit; aut quas ipsi in-  
 dustria sua, præueniente diuina illustratione,  
 adinuenierunt, scriptisque mandarunt, ad quo-  
 rum imitationem licebit similes alias dispo-  
 nere & fabricare. Quemadmodum enim  
 Christus Dominus noster parabolas aliquas *Mat. 13. 18. 17*  
 per seipsum declarauit vt nos duceret ( quod  
 sanctus Gregorius notauit ) circa eas ratioci-  
 nari, quas ipse declarauit: ita ex ijs, quæ lege-  
 rit in libris à Sanctis notata & disposita, faci-  
 le erit, similia inuenire, quæ reiuuent ad eos-  
 dem fines. Et eò referentur, quæ in se-  
 quentibus capitibus pro-  
 ponemus.

Hom. 15. in Euang.



SPIRITUS  
INTE

## CAPVT III.

**LIBRVM CREATURARVM** M.  
*amplum nobis suppeditare Meditationis  
 argumentum ad consequendam co-  
 gnitionem propriam & ipsius Dei,  
 & quid in eis sit medi-  
 tandum.*



SECUNDVS liber valde  
 niuersalis; ex quo discitur  
 scientia spiritus, est mun-  
 dus hic spectabilis, cuius  
 folia siue literę sunt omne  
 Creaturę cęlestes ac ter-  
 renę, à supremo cęlo vsque ad vilissimam  
 vermem, & campi florem; quas scripsit ipse  
 met Deus a tribus digitis, quibus eas etiã con-  
 seruat, *sapientia* scilicet, *bonitate*, & *omnipoten-  
 tia*: Qui liber semper est apertus ad  
*narrandam gloriam Dei* Creatoris sui, vt om-  
 nes homines legere possint, siue literis instr-  
 ucti sint, siue imperiti, sicut Magnus Antonius  
 Philosopho cuidam, interroganti quomodo  
 posset vitam ducere sine libris respondit: *li-  
 ber meus est ordo Creaturarum, quem præ o-  
 culis meis semper apertum habeo, docerę, me  
 quę Dei sunt, & scire aueo. Et magnus ille Sa-  
 piens, qui vocatus est Trismegistus, dicere cõ-  
 sueuerat: mundum esse librum quendam dicitur.*

Isa. 40. 12.

Psal. 18. 1.

a Pimãdro.

ni au

uitate plenum, literis scilicet ipsam diuinitatem representantibus: & *speculum diuinorum*, in quo liceat res diuinas mentis oculis cernere. Ad quam lectionem multum se mutuouuant duo intellectus nostri lumina. Supernaturale scilicet fidei, fundatæ in ijs, quæ sacri libri nobis referunt de creaturis, modoque ac sine in quem fuerunt conditæ; & Naturale rationis, quæ ab his ad illas discurrit, inquirens quid hi characteres significant. Quod si legere illas & intelligere posses, breui peritus euaderes in cognitione propria, & multo magis in cognitione supremi tui Conditoris, qui in omni loco & tempore prospicit tibi de clara valdeque copiosa materia, quam legas, & mediteris, quod utramque cognitionem possit perfectissime generare.

NE verò multitudine creaturarum confundaris, in omnibus & singulis earum tria præcipue puncta legere licebit; tuas scilicet necessitates ac miseras, ut in eis te ipsum agnoscas, humiliter, & contempnas: Deinde beneficia Dei; ac denique excellentiam perfectionum eius: ut sic eum agnoscas ac diligas, & fideliter seruias, dicens cum Dauide: *c Quoniam nō cognoui literaturam, aliorum scilicet librorum, introibo in potentias Domini, opera scilicet eius; Domine memorabor iustitiae tuae solius, & sanctitatis.*

(··)

SPIRI  
NTE

c Psal. 70. 16

## §. I.

*Qua ratione miseriae nostras ex creaturis cognoscimus.*

**T**OTVS inprimis spectabilis hic mundus est tibi liber, in quo cognoscas tuas miseriae. Omnes enim creaturae clamant tuas necessitates, aut summè illis indiges ad tui Esse, vitæque conseruationem: quia si eis statim perires; & quemadmodum infinitam Dei maiestatem ex eo agnoscis quod ipse sibi sit sufficiens, nec vlllo alio indigeat, iuxta illud Dauidis a *Dixi Domino. Deus meus est in quoniam bonorum meorum non eges*: Ita etiam miseriae tuam profundissimam agnoscere poteris ex eo quod nec tibi, nec tuae conseruationi sufficias; sed præcisè indigeas omnibus creaturis, vniuaque eis subiectus, ab eisque dependens?

**N**AM quot sunt creaturae, tot sunt tuae necessitates, & miseriae; quod facillè intelliges, si discurras mente per Elementa, Coelos, & Mixta. Indiges enim terra, quæ te sustineat; aqua quæ refrigeret; aëre, quo respices; igne, quo calefias; sole, qui te illuminet; caelis, planetis, & stellis, quæ suis influentijs te viuificent. Plantis, & animalibus ad innumeras tuas necessitates sustentationis, vestium, habitationis, & lecti; ad medendum tuis morbis, ad iter faciendum, ad sensus tuos recreandos, ad laborum leuamen. Et quamuis non singula

Crea-

Creaturæ necessariæ sint pro tua persona: omnes tamen sunt necessariæ pro alijs, à quibus tua salus & vita dependet. Si enim tu non pascis foenum: illud pascit ovis, bos & alia, quibus tu indiges: quorum lanam induis, aut pellem calceas. quod si tu eam lanam non induas, induunt serui tui, & alij artifices, sine quibus tuam vitam non duceres. Et quò amplius tuam miseriam agnoscas, eo què humilius, voluit Deus, Creaturas viliores esse tibi magis necessarias, vt habere possis quid plurimi facis. Quid enim vilius ape? quod contemptibilius verme: ex illa tamen mel prouenit, quod tuum gustum plurimum recreat: ex altero producitur sericum, quo te induis, honoremque affers tuæ personæ. O superbe, unde te iactas? ò inanis, unde euanescis? attende, quicquid in hoc mundo habes, alienum esse, tibi què commodatum: & id totum tuam proderè miseriam: siquidem indiges tot rebus ad miseriam tuam vitam ducendam. Expende, quid faceres si harum Creaturarum aliqua tibi deesset: & ita deprehendes multitudinem & horrorem tuarum miseriarum: considera, quam fuisse tristis & miserabilis Adamus, si vt conditus fuit à Deo sexta die, conditus fuisset primo: cum nihil aliud esset, quàm cœlum & terra? quid fuisset manens in tenebris absque luce, quæ primo die fuit creata: & cui vix lux illi fuisset, nisi facta fuisset diuisio aquarum? & sine plantis & arboribus, quæ secundo, tertio die fuerunt creatæ? & quā citò

hæc

SPIRITUS  
SANTUS

hæc omnia periissent, nisi adfuissent influentia, & temporum varietates, quæ luminariis motibus suis efficiebant, quæ Deus creavit quarto: & quantus fuisset defectus rerum necessarium, deficientibus aëribus, piscibus & animalibus, quæ quinto & sexto die fuerunt producti? Deus vero hominem creavit, postquam prædicta omnia condiderat: id fecit ut ei patefaceret amorem, quo ipsum prolequebatur: cum sciret, quæ fuisset miser futurus suis, quibus omnino indigebat. Agnosce itaque in creaturis extremam tuam necessitatem, & ex ea ascendas, ad considerandam æstimandamque magnitudinem diuinæ liberalitatis, quæ ita illi consuluit.

2.

NE tamen prius ex hoc puncto recedamus, quam nostræ miseriæ profunditatem penetremus: attende, quantum operè indigeas non solum creaturis rationis vsu carentibus, sed alijs etiam hominibus, quibuscum versaris, & quamuis omnium sis maximus, indiges tamen etiam minorum opera, quemadmodum dicitur Apost. sicut enim *hæc caput & oculi indigent pedibus*. Ita magni in rebus, indigent paruis: & vniuersim alij alijs indigent: & quisque ferè omnibus opus enim tibi est alio, qui cibos tibi afferat, & præparet: & qui vestes conficiat & calceos: qui ædificet domum & lectum faciat: & ferè oēs homines admiranda quadam concatenatione & connexionione ita sunt occupati, ut alij faciant, quod alijs est necessarium: & oēs aliquid eorum, quæ tibi sunt necessaria, vt comedas, in-

1. Cor. 12. 21

tas, induas, quiescas, & viuas. Et, si aliorū labo-  
 & occupatio cessaret, viueres in summa mise-  
 ria, quam tu solus reparare non posses. Quod  
 totum ita diuina prouidentia disposuit, ne tu  
 contra paruulos superbires, aut te minores  
 contēneres: cum videas, te omnibus indigere.  
 Quid ergo dicā de necessitatib. animæ, in quib.  
 non minus ab alijs dependes, quam in corpo-  
 ris necessitatibus. Absque enim aliorum auxi-  
 lio non addisceres scientiam, nec prudentiam,  
 nec virtutem: in quibus sæpe minor docet  
 maiorem, vt maior agnoscat, se indigere mi-  
 nori. Si membra corporis naturalis ratiocina-  
 ri possent, & loqui, agnoscerent & faterentur,  
 alia omnino alijs indigere: nec vnum auderet  
 alterum contemnerē, ne indignum se redde-  
 ret auxilio, quod alterum illi impendebat.  
 Sed quod linguis non fatentur, quia illis ca-  
 rent, promulgant operibus, quæ sunt voces te-  
 monentes, quid in membris mystici corporis  
 agatur: vt intelligas, quo pacto erga illa te-  
 gerere debeas.

O DEVS æterne, clarifica oculos ani-  
 mæ meæ, vt in his rebus visibilibus meam mi-  
 seriam agnosens, ita affectionem meam er-  
 ga illas moderer, vt non ad sensualitatem fo-  
 uendam, sed ad occurrēdum necessitati, eis  
 vtar.

PRAETEREO aliam viam miserias nostras  
 ex his creaturis cognoscendi, quarum mul-  
 tæ nos cruciant & affligunt: alia, etsi in ali-  
 quem finem sint nobis vtilis, varijs ta-  
 men

SPIRI-  
 NTE



men modis nobis sunt noxiæ: ignis enim calefacit quidem nos, sed etiam vrit; aqua refrigerat, sed etiam nos suffocat. Et quæ maior materia esse potest, quam in tot periculis versari, ut quod Deus ad nostram vtilitatem creatur, idem in perniciem nostram conuertatur. Sed quoniam hoc prouenit nobis à peccato, ideo ad nostram spectat propriam cognitionem, quæ in eo fundatur: de qua paulò inferius dicemus.

§. 2.

*Quod Deum per Creaturas cognoscimus.*

**E**X his ascendes ad considerandum, quod totus hic spectabilis mundus sit quidam liber diuinorum beneficiorum, in quo meditanda sint bona quæ à Deo accipiuntur, quæ tot sunt, quot sunt creaturæ, quas tu quinque sensibus percipis. Omnes enim clamant, & prædicant immensam Dei erga te liberalitatem. Sed, ut, quid dicant, intelligas, necesse est prius aures aperire, ut earum voces audias, quibus tibi manifestant, quid ille sit, qui illas fecerit, & in quem finem conuiderit.

§.

NE sis autem brutis animantibus ignorantior, cogitans, has res, quibus fruereis, casu aliquo in hoc mundo euenisse, nullo alio eis dante esse, quod habent: a *Interroga* (inquit Iob) *umenta & docebunt te: & volatilia carum*

Iob. 12. 9.

& indicabunt tibi; loquere terra, & responde-  
 bit tibi; & narrabunt pisces maris. & quod om-  
 nia clamant, est: quis ignorat, quod omnia hæc  
 manus Domini fecerit? in cuius manu anima  
 uiuentis, & spiritus uniuersa carnis ho-  
 minis. Quid aliud est, creaturas interrogare,  
 nisi sit Deus, qui illas condiderit? nisi attentè  
 considerare ordinem & concordiam, quæ est  
 in omnibus simul, & in singulis componentibus  
 admiranda harmonia mundum hunc visibili-  
 tem, & pulcherrimam eius fabricam? Quæ au-  
 tem est earum responsio, nisi quod ex hac con-  
 sideratione deducitur? quod non illæ seipsas  
 fecerint, nec potuerint casu euenire: sed esse  
 semper verum Deum, qui eas condiderit, sem-  
 perque gubernet? Si enim pulcherrimum pa-  
 latium ingredereris, in quo varias teneres a-  
 reas, curritoria, aulas pretiosis pendentibus  
 ualais, & tapetibus mille modis elaboratis,  
 nitrisque valde spectabilibus exornatas: et-  
 iam si neminem in ipso palatio uideres, statim  
 in oculi dubio iudicares magnum aliquem fuisse  
 principem, qui tale opus construxisset; &  
 peritissimum architectum, qui illud delineas-  
 set, & ministros ac operarios valde industrios  
 qui eam delineationem exactè ad eum essent as-  
 sequuti; quia huiusmodi palatium nec seipsum  
 edificare potuit; nec aliquo casu in tali loco  
 sic fabricatum est inuentum. Conijce itaque  
 oculos per uniuersa huius spectabilis palatia,  
 considera diuersitatem, varietatem, & ordi-  
 nem Creaturarum; stellati coeli elegantiam,

SPIRI-  
NTE

solis splendorem, lunæ pulchritudinem, motuum eorum vniformitatem, annis singulis, singulisque mensibus ac diebus singulis: deinde aërem cum tanta auium diuersitate, quæ sua pulchritudine visum; cantu sonantem, gustum sapore recreant. Aspice præterea terram tot arboribus adornatam, floribus intertextam, innumeris animalibus repletam, magnæ astutiæ & sagacitatis propriam vitam conseruent. Et quando haec omnia benè consideraueris, etiam si corporis oculis eum non cernas, qui illa omnia fecerit tamen oculis videre illum poteris: attentè omnia clamantia audias, ac dicentem magnū quēdā principē illa fecisse, qui sapientia sua infinita omnia ita delineauerit; & infinita potentia delineationē fuerit executus. Et præterea apud Iob dicitur: *b oēs homines videte Deū, quī vnusquisque eū intueatur* procul nō in seipso, sed in eius operibus eū intueatur.

*b Iob. 36. 25.*

z.

POSTQVAM autem legis in creaturis, quis eas fecerit, attende quoque, vt legas, quem finem eas condiderit. Nam si benè eas interrogare, respondebant illæ, Deū ipse fecisse, non propter seipsas, sed vt homo vteretur in obsequium Conditoris. Quis autem est ignorans, vt dicat, vineam in proprium bonum esse plantatam, aut domum in suam utilitatem esse constructam? aut pecora in utilitatē propriā esse creata? nihil. n. horū faciunt homines, nisi utilitatē propriā aut suorum cerēt. In hūc ergo modū intellige, non creaturæ

Deum hoc vniuersum spectabile, & creaturas  
rationis expertes, propter illarum bonum,  
quod neque ipsæ agnoscunt, nec gratas se ex-  
hibere possunt: sed neque eas creauit Deus ob  
utilitatem, quam ipsemet ex eis caperet, cum  
libiq; eis habeat ipse suū esse æternū & beatū  
libiq; vlla depēdētia a re aliqua, q̄ fecerit: sed  
neq; eas cōdidit, ppter Angelos, qui vtpote spi-  
rit, reb. eor poreis nō indigēt. Cū itaq; ipse sit  
infinitè sapiēs, certū est eas creasse ppter ho-  
minē, qui illis indiget; potest que eas cognosce-  
re, ob commodum, quod ex eis accipit gratum  
largitori se exhibere: amando, glorificando,  
& seruiendo ei, qui adēd liberaliter eas ipsi  
dedit. Vnaqueque itaq; creatura est tanquam  
character quidam libri huius vniuersi, qui cha-  
racter tria tibi significat, necessitatem scilicet  
tuam, vt illa vtaris; omnipotentiam Dei, qui  
illam creauit; & finē, quem respexit reparandi  
per illam tuam miseriam: vt tu sollicitus esses  
in eius seruitio, sicut ille fuit liberalis tot re-  
bus tibi indulgendo. Terra tibi dicit: Deus me  
condidit, non mihi ipsi, sed tibi: vt me tibi ser-  
uētē, tu seruires conditori tuo; cœlum dicit:  
opus sum Dei, non in meam utilitatē, sed in  
tuā, vt gloriam pro me & pro te reddas ei, qui  
verumq; fecit. O Deus æterne, qui omnia crea-  
sti ad te ipsum, tanquam ad vltimum omnium  
finē, & visibilia omnia destinasti ad bonū ho-  
minis, qui illis indigebat; aperi aures meas, vt  
audiam, & intelligam voces, quas edunt, ag-  
noscēdo me & te; & humiliando me propter

SPIRI-  
NTE

meam miseriam, te verò exaltando propter infinitam tuam misericordiam. O Pater amantissime, quam notæ tibi erant necessitates meæ siquidem antequam me creares, tot condidisti creaturas in earum remedium? prius enim domum præparasti, vestes, alimenta, & quæquid mihi etiam ad leuamen conducebat, & beneuolâ tuam prouidentiam agnoscens, non innitens amarem te, glorificarem, ac maxime cura seruirem; sim, utinam, ego adeo sollicitus in tuo obsequio, atque tu es in mihi subueniundo.

3.

HINC progredi licebit ad alias tres voces audiendas, quas edunt Creaturæ ( sicut docet perpendit Hugo de S. Viçt ) vnaquæque enim dicit tibi: ACCIPE, REDDE, FUGE. ACCIPE *beneficiũ, redde seruitiũ, fuge supplicium.* ACCIPE humiliter de manu Dei *beneficiũ*, quo tuæ necessitati vult occurrere; REDDE verò illi animi *gratitudinem*, eum laudando, eiq; seruando propter bonũ in te collatum: quod si non facis, FUGE *supplicium*, quod propterea promereris: vt scilicet priueris beneficio, ob tuam ingratitude. Recipe donum, quod Deus mittit summa benignitate; & illud ipsum inter eorum eidem offer inflammata charitate, caue si infidelis ei, qui est in te adeo liberalis. Omnes Creaturæ has edunt tres voces: licet enim aliquæ sit instrumenta beneficij per modum indulgentiæ; aliæ tamen etiam sunt per modum supplicij; quamuis & hæc censenda sint beneficij Dei, qui nõ eas condidit, vt te castigaret.

Lib. 6. de ar.  
ca Mor. c. 4.  
com. 2.

sed vt moneret, fugere illam pœnam, quò & beneficium accipias, & maiori securitate accepto fruaris.

SEID quando Deus tibi dicit hoc verbum: **accipe**, hoc scilicet donum: ne existimes, vnum tantum esse beneficium. Nam in vnoquoque innumera continentur, quæ illud comitantur; aut præcesserunt, vt eo possis gaudere. Et quando vel minimum confert donum, eodem te facit omnium debitorem. Quod manifestè apprehendes, si ea expenderis, quæ præcesserunt vel vnum bolum antequam illum comedas. Omnes enim sementis labores, pluuia cœli, vt frumentum nasceretur, messis, triturationis purgatio, collectio in granaria, contritio in molédino, cribratio, subactio, siue pictura, coctio & alia innumera, quæ cum his omnibus sunt coniuncta, Dei sunt beneficia; sine cuius prouidentia & auxilio non potuisset hic effectus prouenire, vt panis ille ad mensam tuam perueniret, quo tuæ necessitati occurreres vitamque conseruares.

VERVM multò adhuc plura sunt perpendenda in hac ipsa indulgentia. Nam dona etiam minima plurimi fiunt, quæ ipsemet Princeps manu sua largitur. Sicut miles ille, qui argenteum Clenodium à suo Capitaneo sibi missum contempsit; quod tamen idem ab ipso met Capitaneo propria manu oblatum accepit, & plurimi fecit. Quod si donum sit ab ipso met Principe proprijs manibus confectum adhuc multò pluris æstimatur: qualis esset ali-

SPIRITUS  
SANTUS

qua imago ab ipso met Principe depicta. Cuius  
igitur aliqua creatura vteris, quem existimas  
tibi illam offerre? num Deus in celo manens  
inde illam tibi mittet, vt ea vtaris in terra?  
Nihil tale: Nam ipsemet Deus, re ipsa & vna  
manu suae omnipotentiae hoc donum fabrica-  
uit, & actu etiam componit & conseruat, ubi  
quae tradit vtendum, ac dicit: *Accipe hoc do-*  
*num, quod ego ipse confeci, & propria manu*  
*tibi offero fruendum.* Deus est, qui edificat  
domum, in qua habitas: *c nisi enim*  
*minus adificauerit domum, in vanum labora-*  
*uerant, qui edificauerunt eam: ipse mensam*  
*tibi, quotidie cibos apponit, quibus vescaris,*  
*vestes offert, quibus tegaris: & reliqua bona*  
*quibus gaudes: Ille propriam suam manum aperit,*  
*vt te benedictionibus repleat. Cur ergo non*  
*aperis tu os tuum, vt illud laudibus eius re-*  
*pleas: & manus vt repleas obsequijs: & con-*  
*feruentibus affectibus, amando, laudando &*  
*seruicando ei, qui te replet tot beneficijs.* d. N. p.  
(ait Sap.) *manus tua porrecta ad accipientem,*  
*ad dandum collecta.* Si ergo aperis manum tuam  
vt accipias donum Dei, aperi etiam eandem, vt reddas  
gratitudinem, & obsequium propterea debuit.  
*Fuge supplicium tot. n. & tanta beneficia per se*  
*ipsa si bene consideres: clamant, tuaque seruituta*  
*torquent.* O Pater misericordiarum, & Deus  
tionum, qui vltionem proponis, vt copiosiore  
securiore accipiamus diuinam tuam misericordiam  
ego audio voces tuas, quas mihi edis per crea-  
turas: & accipio dona tua cum amore, eo quod

*Psal. 126. 1.*

*Ecc. 4. 36.*

me tuas: reddoq; vicissim amorē propter illa,  
quidē amorī nō nisi amore potest respōderi.  
cum itaq; charitatē tuam accipio, volo redde-  
re charitatē fugiēs supplicium amittendi i-  
solam charitatē, quæ supremum est donum o-  
mnium, quæ mihi largiris. O spiritus diuine,  
qui es donum Dei altissimi, dic cordi meo: acci-  
pe, & redde. accipe me, qui sum donum amo-  
ris & redde mihi eundē amorem amando me  
sicut ego te amo. Utinam te amarē sicut me a-  
mas: vt bonis respōderē, quæ mihi cōmunicas.

§. 3.

*De cognitione Dei creaturis con-  
iuncta.*

**H**INC vltius ascendes consideratione  
vt legas in creaturis, earū creatoris ex-  
cellētias, præcipuē verō immensitatē  
virtutum, & vnionē immensam, quam cū illis  
habet, cū sit intra oēs illas, tenens, & cōser-  
uans eas tribus illis digitis, de quibus Isaias, *q̄* *1sa. 40. 12.*  
*quis appendat molem terra sapientia. .i. omni-*  
*potentia & bonitate, siue charitate. Nā in spe-*  
*ctabilis huius mūdi libro potes legere & co-*  
*gnoscere infinitā Dei sapiētia, qui ab æternita-*  
*te sua tantā creaturarum infinitatē intues, ea-*  
*rū ordinē disposuit, nouit q̄: quid faciāt, quid-*  
*que faciēt, aut facere possint, quādiu in suo esse*  
*quod habent, permanferint: nulla prorsus ea-*  
*rum re ipsi Deo occultata, quātūuis interna sit*  
*& secreta. Deinde perpendēda est magni hui⁹*

Hh 4

Archi-

SPIRI-  
NTE



Architecti omnipotentia, qui, ut suam dispositionem executioni maderet, nec materialibus opus habuit; nec ministris; qui manus suas ad id apponerent: sed sola sua voluntate in momento & ex nihilo condidit precipuas huius uniuersi partes; quibus tanquam materialibus, reliquas fecit pro libitu, ut voluit, nec opus habuit longo tempore, ad eas fabricandas; non fuit ullus, qui eius voluntati resistere posset. Et in hodiernum usque diem eadem sua omnipotentia eas conseruat in eo Esse, quod uniuersum dat iuuatque eas in actionibus earum: quas non possent facere, nisi actu ipse cum eis concurreret. Simul etiam perpendes infinitam bonitatem & caritatem Dei huius adeo sapientis ac potens, qui illum impulit exire extra se, ut se creaturam communicaret: exercendo ea, quae de eis instituerat: coniungens se cum omnibus rebus ac verè per suam essentiam, praesentiam, ac potentiam. Neque enim potuissent esse, nec operari nisi ipse tribus his digitis appensas teneret, & cum eis cooperaretur. O altitudo sapientiae omnipotentiae, & caritatis Dei! Quid te Deum permouit, ut hoc totum uniuersum conderes, & quae diuinitatem, & omnipotentiam non solum cum caelis, & pulcherrimis sideribus coniungeres: sed cum vermiculis etiam, & abiectionibus terrae creaturis? Et siquidem omnes illas ad utilitatem, & solatium meum condidisti, erit proculdubio in meum quoque ipsius bonum coniunctio, quam cum illis habes: ita ut, cum aliqui mihi donas creaturam, simul cum illa coniunctio

venia

uenias, vt conferues donum mihi in illis da-  
 tum. Et cum dicis mihi *accipe* donum hoc,  
 quod tibi propria mea manu dono: quid a-  
 liud dicis, quam *accipe me* in isto dono, in  
 quo & ego sum? O anima mea *b intra* cum  
 Davide *in potentias Domini*, non eas aspicias  
 in ijs, quæ exterius habent; nec satis ha-  
 beras librum hunc in cortice (vt dicitur) aspi-  
 cere, ingredi etiam ad interiora, in quibus  
 ipsummet *DEVM* inuenies omnibus illis vi-  
 sibilem, vt tibi benefaciat, si illum ames; aut  
 puniat, si offendas; aspice inuisibilem in hoc  
 operum visibilem speculo; iunge cor tuum a-  
 more puro cum Creatore, qui intra illas est:  
 venerare eius sapientiam, admirare omnipo-  
 tentiam, frui eius bonitate: & propter  
 eam dilige omnem bonitatem creatam, quate-  
 nus in ea emicat etiam diuina. Et hac ratione  
 amor creaturarū nō aduersabitur amorī Cre-  
 atoris: quia omnes erunt tibi tanquam cœ-  
 lum; manifestantes Dei gloriam, quam in  
 se continent. Et ad eam allicientes, cuius cau-  
 sa in libro Canticorum dicuntur *c manus spon-  
 se esse plena hyacinthis*: vt nobis significetur,  
 omnia opera, quæ ab eo procedunt, etiam si  
 natura sua vilia & terrena, quatenus tamen ab  
 eius manibus prodeunt, illisq; coniunguntur,  
 esse instar gemmarum preciosarum, quas hya-  
 cinthos appellamus: vt, quia cœlos colore  
 referunt, erigant nos ad cognitionem, & amo-  
 rem rerum cœlestium, & diuinitatis in illis  
 existentis. O *manus sanctissimæ, tornatilis*

b Psal. 70. 16

c Cant. 5. 14

Hh 5

G aurea

SPIRI-  
NTE

*Et aurea:* aureæ ob infinitam charitatem, quæ opera ista perficitis & torriatiles, ob summam in agendo velocitatem: quæ tamen non propterea desinunt esse perfectissima: aperimus ut animam meam cælestibus vestris donis impleatis; vestraque luce illustrata, quicquid in terra aspexerit, sit ipsi cælum, agnoscent per hyacinthos diuinitatem manuum, quæ illos sustentant; & per creaturas, digitos Creatoris easdem conseruantes.

IN hunc modum te geres in aspectu omnium Creaturarum, aspiciens in singulis excellentiam, quam habent; & mox, eleuatis oculis animæ ad Creatorem, qui eam illis communicauit, & quam in seipso habet infinitè perfectiorem: vt fusius in Tractatu tertio dicetur.

§. 4.

*De Meditatione per Creaturarum similitudines.*

**N**VNC id solum addam: quod potest ex visibilibus creaturis deduci copiosissima materia admodum quendam meditandi in S. Scriptura valde vsitatum, per similitudines. s. & comparationes, discurrendo per proprietates earum, easque ad res inuisibiles ac diuinas applicando in eo quod proportionem aliquam eisdem habere possunt. In eum. n. finem scriptura S. manifestat secreta regni cælestis gratiæ, & virtutum, & ipsiusmet Dei per hanc similitudinem.

similitudines. Vocat. n. Deum Solem & Ignem,  
 ut discurrentes per harum duarum Creaturarum  
 proprietates & effectus, quos faciunt; ascen-  
 damus ad cognoscendum quod est in ipso Crea-  
 tore, sicut fecit S. Dionysius, referens multa, in  
 quibus tanquam in speculis apparent Dei ma-  
 galia. Et ob eandem causam Christus D.N. et  
 appellatur Agnus, Leo, Lapis angularis, Vitis,  
 & Arbor vitæ. Ipsa Gratia appellatur aqua viua  
 & fons bulliens & saliens in altum. Regnum Dei  
 comparatur thesauro abscondito, margaritæ  
 preciosæ, grano sinapis. Et Canticorum liber  
 his similitudinibus est refertus, quibus decla-  
 ratur diuini sponsi excellentia; & animarum,  
 quæ sunt eius sponsæ. In quibus similitudinibus  
 aduertendum est, ut, cum proprietates rei vi-  
 sibiles, inuisibili attribuuntur, addatur id, in  
 quo hæc excellit, utpote perfectior. Sicut ip-  
 se Christus Dominus gratiam suam aquæ cõ-  
 parans, ut intelligeretur, quam gratia esset pre-  
 stantior, dixit: *a Qui bibit ex aqua hac sitiet ite-  
 rum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo  
 ei, non sitiet in æternum.* quasi diceret, utraque  
 aqua in hoc est similis, quod sitim extinguit:  
 sed interest, quod hæc corporalis ad modicum  
 tempus extinguit; spiritualis verò in æter-  
 num. Et comparans panem Sanctissimi sui  
 corporis cum Manna dixit: *b Patres vestri  
 manducauerunt Manna in deserto & mortui  
 sunt;* at de corpore suo, addit: *hic est panis  
 de celo descendens, ut, si quis ex ipso mandu-  
 ceter, non moriatur.* In hunc ergo modum cum per  
 huiusmodi

a Ioan. 4. 13.

b Ioan. 6. 48.

SPIRITUS  
SANTUS

huiusmodi similitudines & comparationes meditationes tuas institues, ita ex rebus visibilibus ad invisibilia conscendes; ut intelligas, multo plura esse in his perpendenda, ob insignem earum supra alias excellentiam & excessum. Propterea siquidem in Cantica cum *oculi sponsa* dicuntur esse sicut columbarum; & *d genae eius sicut fragmen aut e cortex mali punici*, additur; abique eo quod intrinsecus latet; quod est multo amplius, quam exterior similitudo exprimat.

e Cant. 4. 1.  
i Ibid. 3.  
e cap. 6. 6.

AD HAEC licebit in Meditatione utriusque similitudinibus, à minori ad maiorem ascendendo, ut sensim rerum spiritualium magnitudo aestimetur, sicut fit in Canticis, ubi dicitur *Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata*. Quis diceret: nosse cupis, quae sit anima iusti; intelliges ex quatuor his similitudinibus quorum alia alijs est excellentior. in initio enim est sicut aurora, quasi lux exigua; sed crescit semper. Nam postmodum est pulchra ut Luna; deinde electa est & singularis ut sua excellentia tanquam Sol; ac denique eo proficit, ut sit terribilis, & inuincibilis sicut castrorum acies benè ordinata, militum scilicet inter se & cum suo Duce benè conuentum.

f Cant. 6. 9.

E A D E M quoque ratione licebit invisibilia, horrenda, ac detestanda meditari, quae sunt vitia, & inferorum poenae, Dæmonum nam fe-

nam feritas, & aliorum peccatorum, quos  
 scriptura Sacra serpentibus, Basiliscis, ac Dra-  
 conibus comparat; Tygridibus, lupis, alijs  
 que feris; ventis, tempestatibus, mari, &  
 igni: in illis eorum proprietatibus, quibus  
 sunt hominibus infesta: additis præc pue  
 illis, in quibus eisdem hominibus magis sunt  
 noxia. His similitudinibus referti sunt libri  
 prophetarum, & Apocalypsis. In quibus  
 comparationibus idem quoque seruandus est  
 ordo, vt à minus horrendis ad terribilliora  
 procedatur, sicut sapiens monuit *g ne intue-  
 ris vinum quando flarescit & cum splenduerit  
 in vitro calor eius, ingreditur enim bandè sed in  
 non suo mordebit vt coluber, & sicut regulus  
 venena diffundet.*

g Prou. 31. 31.

NEC sine magno mysterio voluit DEVS  
 vt frequenter his similitudinibus, non solùm  
 quod hæc magis sunt nostræ naturæ conformes  
 vt quæ inuisibilia solùm possit cernere in spe-  
 cillis rerum visibilium; sed etiam, vt ire-  
 quens harum similitudinum aspectus, sit no-  
 bis continuum motuum, quo recordemur re-  
 rum, quas illæ nobis referunt. & sicut ex-  
 dem res, iuxta diuersas suas proprietates con-  
 ferunt, ad agnoscendum vitium, & Virtutem;  
 præmium, & pœnam; bonum Spiritum, &  
 malum: Ita ex eisdem oportet nos excitari  
 ad affectus diuersos, amoris, & odij; spei,  
 & timoris; gaudij, & tristitiæ: alios a-  
 lijs moderantes. Itaque in luna agnosces  
 Iusti pulchritudinem, Deum tanquam solem

suum

SPIRI-  
 NTE

suum respicientis; & Insipientis mutabilitatis; se ab illo separantis; In Leone, Christi magnanimitatem, & Dæmonis feritatem; in igne, charitatis vigorem, & ardorem cupiditatis. In meditatione itaque his rebus vteris, non ad vnum finem, nunc ad alterum, iuxta exigentiam & desiderium tuum. Siquidem ipse (vt inferius videbimus) in supernaturali & extraordinaria oratione communicat interea hunc modum similitudinum, quo reuelantur altissimas & occultas.

## CAPVT IV.

*INCHOATVR TRACTATVS  
propria cognitionis, quæ obtinetur  
legendo, & meditâdo in libro proprie  
scientiæ: aperiuntur tria maxima li-  
na, quæ ex ignorantia ipsius prou-  
eniunt, & in quo illa  
consistat.*



**P**RIMA cura cupientium  
sciëntiæ mysticæ proficere,  
& vitæ Cõtemplatiuæ p-  
stantiam assequi, ea debet  
esse, vt multum studi j po-  
nât in cognitione sui ipso-  
rû, legendo, & meditâdo  
in libro suæ Conscientiæ & vitæ ppriæ. Hæc  
cognitio est prima litera, Alphabeti Spiritua-  
lis, vt in-

is, vt insinuauit Ieremias propheta, qui inci-  
piens caput tertium suarū lamentationū ab A-  
lph primo Hebraici Alphabeti caractere, sta-  
tim subiungit: a Ego vir videns paupertatē meā.  
quasi diceret: Primū exercitiū vitę meę, primū  
q̄ visus mei obiectū est paupertas mea, in qua  
meditor, & in quo ostendo me esse virū: virilis  
animus necessarius est ei, qui videns tantam  
paupertatē, nō animo deficiat: nec me occupo in  
aliena pau p tate inspicienda, quę me non con-  
cernit, sed in mea, quę me pungit: hic. n. aspe-  
ctus erit initiū mei remedii. & quamuis vir sim  
valde excellens, non deerit mihi paupertas, q̄  
aspiciā in me ipso. quę verē est paupertas mea.  
Nā, si quid boni habeo, illud non est meū, sed  
alienū, & à Deo mihi puenit, cuius est totū q̄  
est optimum. Nā ex me nō habeo, nisi boni pri-  
uationē, quę adeo ingēs est, vt nec habeā ocu-  
los ad eā discernendā, nisi Deus illos mihi cō-  
municet. Nam à Diuino Spiritu oportet veni-  
re lucem, qua me videam & cognoscam.

Hi oculi, quos Deus dat ad sic videndū, nō  
sūt sicut corporei, q̄ vident alios; sed se ipsos &  
q̄ intra ipsos est videre nō possunt: sed poti⁹ oc-  
cupantur videndo se ipsos, & sua; vt postea re-  
ctē aspiciere possint reliqua. Huius figuram ait  
S. Gregor. fuisse expressam in ea, quam vidit E-  
zechiel, quatuor Sanctorum animalū sequen-  
tium in petum diuini Spiritus, b vnumquodque  
(ait) coram facie sua ambulabat. Quid enim est  
coram facie sua ambulare, nisi se ipsa sibi prę-  
sentia habere; sicut ambulare coram facie Dei  
est De-

Thren. 3. 1

Homil. 4. in  
Ezechiel.  
b Ezech. 1. 12SPIRITUS  
INTE



Lib. 2. de  
 Confid. ad  
 Eugeniū. B.

est, Deum sibi facere præsentem. Et quantum  
 utrumque sit ad spiritualem perfectionem ne-  
 cessarium, primum tamen horum dispositio  
 quædam est ad secundum: ideoque est  
 inchoandum, ut monuit S. Bernardus Papa  
 Eugenium; à te (inquit) tua consideratio  
 choet; ne frustra extendaris in alia, res  
 neglecto. nam licet noueris omnia mysteria, no-  
 ueris latitudinem terræ, altitudinem cæli,  
 profunda maris: si te nescieris, eris similis  
 edificanti sine fundamento, qui laborat in illu-  
 ctura, quæ citò ruet: quicquid struxeris  
 tra te, erit instar congesti pulueris, ventus  
 noxium. Non ergo sapiens qui sibi non est  
 piens. à te proinde incipiat tua consideratio  
 non solum autem, sed in te finiatur. quocumque  
 euagetur, ad te reuocaueris eam cum salu-  
 fructu. Quod si negligas te ipsum aspice  
 & cognoscere, euanesceat quoque à tuo con-  
 ctu Deus, & omnia bona, quæ in eius domo  
 eius familiaritate, & societate obtinueras: à  
 cit ipsemet monuit sponsam horrendis & ter-  
 ribilibus minis, dicens ei: *c Si ignoras te  
 pulcherrima inter mulieres, egredere & absque  
 vestigia gregum, & pasce hædos tuos iuxta  
 bernacula pastorum.* O tremendam senten-  
 tiam, à cælesti sponso iustoque iudice promul-  
 ciatam contra propriam sponsam; non tur-  
 pem, sed pulcherrimam; non peccatricem, sed  
 iustam; non rebellem, sed subiectam: nec  
 mo illam è domo & societate sua repellendam,  
 sed præseruandi ab eo, quod posset illam è do-  
 mo extur-

c Cant. 1. 8.

no exturbare. O quam horrendum est ma-  
 lam ignorantia sui ipsius: siquidem creaturam  
 adeo pulcrum, dignam facit rã aspera sentetia.  
 potuisset quidem Dominus blandius illã mo-  
 nere, vt seipsam cognoscere studeret, noluit  
 tamen blandẽ, sed summo rigore vti, quia  
 vera cognitio sui ipsius, non tam in suauitate  
 & fauore, quam in laboribus & repulsa  
 consistit. In his enim facilius deprehendi-  
 tur, quid ex nobis ipsis habeamus, quidque no-  
 stra culpa promereamur, Ideoq; non sine ma-  
 gno mysterio dixit Ieremias, se agnoscere pau-  
 peratẽ suam, *d in virga indignationis Dei.* Esto  
 certissimẽ id cognoscatur ex lectione sa-  
 crorum Scripturarum, vbi supplicia, pœnã, &  
 mĩx referuntur; multo tamen clarius ea-  
 dem leguntur in propria experientia: cum  
 oculis proprijs videmus, & auribus prope nos  
 audimus, & intra nostras animas sentimus. Sed  
 tunc videamus harum minarum atrocitatem  
 in alieno capite, vt ita cauti ex ea euadamus, ne  
 recidat in nostra propria.

d Thren. 3. 1.

§. I.

*Tria grandia mala affert ignorantia  
 sui ipsius.*

**T**RIA maledicta includit hęc Domini no-  
 strimina aduersus omnes, seipsos no-  
 agnoscentes, quatenus videlicet igno-  
 rantia sui ipsius (teste S. Bernardo) mater est, & fo-  
 cula superbia, omniumq; filiarũ, quæ ab ea pro-

serm. 27. in  
 Cant.

Dux Spirit. Tract. II. li cedunt.

SPIRITUS  
 SANCTE

cedunt cuius prima pena & maledictio indicatur primo illo verbo: *Egredere*, quod est dicere: Si te non agnoscis, recede à domo mea, inquit tanquam sponsam recepi; discede à protectione & gubernatione mea: ego enim nec pascio nec protego ignorantes se. Separa te à grege ouium mearum electarum, inter quas permanere non licet, seipsam ignoranti, recede ab amicitia & familiaritate mea non enim delector cum ea conuersari, quæ non nouit quid sit, & quid habeat. Exi quoque à te ipsa, & à proprio corde tuo. Non enim intra seipsam quietem inueniet, quæ se ignorat. Exi de abscondito faciei meæ, & de vulnere ac foraminum corporis mei. In absconditis enim locis non potest consistere, qui ita est cæcus, ut seipsum non videat. Denique recedat procul à regno meo cœlesti, quo ingredi non possunt, qui paupertatem suam non agnoscunt. Nec fidas pulchritudini præsentis: Nam ignorantia tui ipsius conuertet eam in deformitatem, & nigredinem; nec illa me continebit, quo minus tibi dicam: *Egredere & vade*. Pulcherrimi erant Lucifer in cœlo, & Adamus in Paradyso: Sed quia seipsos non agnouerunt: nec ego illos noui, & reprobos in glorioso aded loco, quem occupabant. Nam *qui ignorans ignorabitur*, qui videlicet seipsum ignorat, ignorabitur nec approbabitur. Nam dicam illi in die nouissimo, quod beatus scriptura dicit: *in diebus & operariis iniquitatis: nescio uos, discedite à me maledicti*. Talis enim ignorantia hanc etiam penam meretur, ut non patiat

1. Cor. 14.

18.

b Matt. 25. 12

c 14. d cap. 7

1.

vobis

in mea praesentia consistere. O Deus aeter-  
 nus, nouerim me, ut tu me agnoscas: nec  
 quam desinam me in tua praesentia agnos-  
 cere, ne mihi aliquando dicas: egredere ex do-  
 mo mea.

§ 5. D. quod mihi eundum est, si me ignorem?  
 (inquit) *post vestigia gregum.* O tremen-  
 dam maledictionem, nec minus horrendam,  
 quam fuerit proxima? Quid enim hoc aliud  
 est dicere, quam abi post brutas animan-  
 tes, mores earum inimitandos, abi post  
 suas passiones earum explendo desideria, va-  
 de voluntas tua post id quod ei lubet; appeti-  
 tu post suas cupiditates; sensus post volu-  
 ptates suas; caro post suas libidines; imagina-  
 tio post suas chymæras; & ipsum iudicium  
 post suos errores, totum permittam enim in  
 tua ignorantiae poenam; te in has deuenire mi-  
 seras. Et quæ maior miseria pastori euenire potest,  
 quam ut, qui gregem suum gubernare deberet,  
 & quo ipse vellet deducere, id non praestet; sed  
 sequatur ipse potius, trahaturque à grege ipso er-  
 rante, quò ille voluerit. Et quæ maior infeli-  
 citas rationali homini accidere potest, quam  
 quod se subiciat appetitionibus brutis, ratio-  
 ne carentibus, quæ illi pro meritis reddant, e-  
*Et Eccl. 12. 35*  
*facientes eum (ut ait sapiens) in gaudium im-*  
*miscis sit?* Hoc damnum timebat ipsa spon-  
 sa, cum petijt à suo sponso: *f. Indica mihi,*  
*quem diligit anima mea; vbi pascas, ne vaga-*  
*ris post greges sodalium tuorum.* ad  
 quod respondit ipse: si ignoras te, incidet in

2.

Et Eccl. 12. 35

f. Cant. 1. 7

li 2                      damnum

SPIRI-  
 NTE

g Isa. 57. 17.

Serm. 35. in  
Caat.

h Matt. 22. 13

damnum <sup>quod</sup> prætimestis, & in horrendam maledictionem qua dixit Deus: *g abscondi ab infirmitate meam & indignatus sum, & alij vagantur via cordis sui*, viuens pro suo libitu absque rationis. Ex quo prouenit, vt non solum vestigia sequatur brutorum; sed etiam (Sanctus Bernardus perpendit) procul & recedat tanquam illis miserior, sequatur. Nam illi miseriam suam finiunt cum morte, postquam supplicia non timent: tu autem nisi te agnoscas, *h ligatis manibus & pedibus mittentis in tenebras exteriores*, luens poena incredibili culpam ignorantie.

3.

S. Grego. ibi

EODEM tendit maledictio tertia, quae ostendit seueritatem huius diuinae permissio- nis, qua dicit: *pasce hædes tuas*, quasi dicent non solum sequere bestiales tuas passiones, sed etiam illas ale, illisque multum indulge, qui iam non ex sola passione, sed etiam ex in- certia peccat. Pasce malas tuas cogitationes, pas- tias fcedas, deprauatas voluntates, & erran- tia iudicia, & opera lasciuia ab his ad illa tran- eundo, nullo appposito limine aut termino. Et sunt hædi tui: tui, quia tuum est quod pec- cas; hædi quia eorum causa inter reprobo- computaberis. Et quæ ad dexteram iudicis manû tanquam ouis eius gregis fuisses factus, collocaberis ad sinistram inter hædos, qui ad gregem pertinent Dæmonis. Et prout re- dit. *iuxta tabernacula pastorum*, falsorum scilicet, faciendo quod illi faciunt; & sequen- do eorum errores, falsaque doctrinas. Nam qui se-

qui seipsum non agnoscit, facile decipitur; & qui vestigia Christi sequi solebat, sequitur nunc Antichristi; & qui prius cogitationes suas in desideria in pascuis cœlestibus pascebat, nunc easdem pascat in pascuis inferni; & qui habitationem suam prope Sanctos & Apostolos collocabat, nunc associatur infidelibus & dominâdis peccatoribus, cum quibus partem suam habebit, ex DEI sententia dicentis: Quo pulchrior es descende & dormi cum incircumcisis. O anima, quæ iactas magnam tuam pulchritudinem: nisi te agnoscas, quod eras pulchrior, eò eris abiectior: descende ex ista altitudine, dormi cum incircumcisis: moreris enim cum infidelibus, & cum gentibus penbis. O fons veræ pulchritudinis, da mihi cognitionem propriam, quæ illam generat & conseruat: aufer verò mei ipsius ignorantiam, ne pulcher sim in tuo conspectu, nec me vnquâ domo tua repellas.

i Ezech. 32. 19.

S. Grego 24. Moral. 63.

§. 2.

*Varia sui ipsius Ignorantia.*

**V**T GRAVISSIMA hæc damna ignorantia tui ipsius euadas, necesse erit explicare in quo hæc ignorantia consistat. multi enim ea laborant, qui tamen eam non nouerunt; & existimantes, quod se ipsos agnoscant, vehementer in eo errant. fabricant enim conceptum quendam sui ipsorum, rerum

Ii 3 que sua-

SPIRITUS  
SANTUS

que suarum adeo à veritate alienum, ut non imago aut exemplar sit verum eius, quod habent; sed fictum quoddam idolum propriæ apprehensionis. Quod ut ostendamus, faciet scire, hanc ignorantiam ad extrema peruenisse, quæ magis inter se distant, quam cœlum & terra, utrumque cæcum & illud. Quosdam enim adeo excæcavit perbia, ut formarent de se conceptum quendam diuinitatis, faciendo se ipsos Deos, & collocando se tanquam idolum ceterorum hominũ; sicut princeps ille Tyri, qui dixit: *Dominus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde meo.*

*a Ezech. 28. 2*

ALIOS in contrario extremo adeo carnalitas excæcavit, ut bestialitatis quendam conceptum de seipsis fabricarent, iudicantes scilicet animam suam mortalem esse, & sicut brutorum corruptibilem, ut quæ simul cum corpore moreretur. Tales illi fuerunt, qui dicebant: *b comestimus & bibimus, cras enim moriemur.* Quæ ergo extrema esse possunt magis dissita & finita quam isti duo sint errores? Quos non solum ista fides reprobatur, sed ipsum naturale lumen planè condernat, clarissime ostendens, negare animam esse Deum, nec esse posse nisi Dei facturam, quæ illam ex nihilo creauit; à quo esse accepit, & ab eodem ita dependet, sicut lumen à sole, quod illud producit, & cõseruat. Nec tamen mortalis est, aut perit in corpore; sed immortalis & æterna, ut ostendit ratiocinationis eius nobilitas, & ingenitas haberi eius arbitrij, eiusque independentia à carne.

*b Isai. 22. 13.*

*b sapien. 2. 6*

in his actionibus, ac denique naturalis appetitus, quem habet ad sui memoriam perpetuam in mundo efficiendam.

SED his ignorantijs, tanquam crassioribus relictis, ad alias subtiliores veniamus. Quarum prima est circa iudicium bonorum & malorum, quæ intra nostram ipsam animam habemus, circa quæ sunt intolerabiles deceptiones, scilicet cogitationes, idola & statux insignis vanitatis. Vix enim est qui penuriam suorum bonorum, gravitatem verò malorum agnoscit. extollunt enim bona, quæ habent, & imminuunt mala, omnino aliter quam reuerent. Multi se iustos reputant, qui tamen sunt peccatores; sapientes iudicant ac prudentes; & sunt ignari & imprudentes; credunt se humiles esse, & mortificatas habere suas passiones, qui pleni sunt superbia, valdeq; in illis viuunt inordinati affectus: peccata sua indicant fuisse leuissima, cum grauissima fuerint; persuadent sibi egregia se facinora perfecisse, cum valde fuerint communes, & abrectæ actiones: fingunt itaq; formantq; conceptum suipforum rerumq; suarum contrarium omnino ei, quem Deus de ipsis habet; ac proinde valde erroneum. Nam conceptus, quæ Deus de nobis habet, verus est, ac proprius: & ille esse debet regula nostrorum conceptuum. Talis erat cogitatio, quæ ille Episcopus habuit, cui hæc verba dixit Deus: *c dicis quod diues sum, & locupletatus, & nullus egeo: & nescis, quia es ignorans & insipiens? contrariū n. ego iudico &*

1.

c Apoc. 3. 17.

SPIRITUS  
SANTUS



video: quia tu es miser & miserabilis; & pauper,  
& cæcus; & nudus ab omni bono, quod tu tibi  
cogitas.

2.

QVId autem dicam de ignorantia eorūdem actionum, quas quotidie exercemus, in quibus similes errores passim inveniuntur. dum enim opus facimus, sæpe cogitamus esse bonum, Deoq; placere: cum tamen præsumptum sit, Deiq; oculis displiceat. Fingimus nobis illud ex Zelo provenire, oritur autem ex ira, aut ex amore diuino procedere, quod procul à proprio; aut ita esse perfectum, ut nihil ei ob sit perfectionis: cum tamen multis imperfectionibus ac defectibus scateat. Propterea hodie dem dixit Sapiens: *d est via, que videtur hominibus recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.* Isaias horrendum va minatur ihs, qui dicitur *malum bonum, & bonum malum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras; ponentes amarum dulce, & dulce in amarum.*

d Prou. 16. 25

3.

NEQVE minor est ignorantia in eo quod facere possumus, quam in eo quod facimus, quod nostræ naturæ tribuimus, quod est gratia Dei nostrisq; meritis, quod ipsius est misericordia nostris deniq; viribus, quod præstamus alicuius communicatis scilicet à liberalitate Conditoris. Hac ignorantia excæcati fuerunt Pelagiani eorumq; sequaces, hodieq; excæcantur multi superbi, præsumentes ac iactantes, dicentes *tra se: emanus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia; aut f in fortitudine manus mee feci hæc omnia, & in sapientia mea intellexi.*

e Deuter. 32.

27

f Isaias 10. 13.

S. B.

4.  
 SED quid mirum, si in rebus animæ nostræ  
 secretioribus ad eò cœcutiamus, cum sint plu-  
 rime multò clariores, quæ ipsum corpus con-  
 cernunt, quæ tamen æque ignoramus, eò quod  
 earum originem finemque & inconstantiam  
 earundem non consideremus. cogitabis, te bo-  
 na valetudine uti, fortunas in multos annos &  
 honorè habere: & eodem tempore disponitur  
 inera ipsum corpus morb<sup>o</sup>, ut propè iam sis ad  
 portas mortis; aut calūnia aliqua textitur, aut  
 lis, ob quam bonis tuis spoliaberis, sicut diues  
 ille, qui dicebat sibi: *g habes anima mea multa  
 bona posita in annos plurimos: requiesce, come-  
 de, bibe, epulare:* cogitanti autem hæc Deus aperuit  
 illius ignorantiam & stultitiã, dicens:  
*stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te,  
 que autem parasti cuius erunt? ô quam iustè*  
*dessebat S. Iob miseriam h viri, cuius abscondi-  
 ta est via, & circumdedit eum Deus tenebris.*  
 Nescit enim, num via, quam ambulat, recta sit;  
 & num felicem sit sortitura finem, cum enim  
 omni ex parte sit tenebris circumdatus, præ-  
 teritorum non recordatur; & quæ futura sunt  
 ignorat; & multa eorum, quæ sunt præsentia,  
 non assequitur. Nam cum nihil ipsi sit magis  
 proximum, quam ipsemet, nihil tamen minus  
 cognoscit, quam seipsum. Quamobrem ait S.  
 Basilius; verissimum esse Homeri dictum:  
*Quod nihil sit difficilius, quam seipsum ag-  
 noscere. Quod ipse Deus confirmat dicens: i  
 primum esse cor hominis & inscrutabile: quis  
 cognoscet illud? ego Dominus scrutans cor.*

g Luc. 11. 19.

h Iob. 3. 23.

Hom 18. de hum & van. glor. i Jerem. 17. 9

SPIRITUS

O iudex viuorum & mortuorum, doce me cor meum scrutari, ac in libro meæ conscientie ita legere; vt eam agnoscam, malaque eius reparera: quò in die nouissimo, quando hoc

& Apoc 20.12

*liber aperietur, inueniatur bene scriptus, omnibus deletis malis.*

Ex dictis hæctenus facillè intelliges, quomodo sit necessarium, frequenter exercitia, & considerationes, quibus tui ipsius cognitionem consequaris, designato sufficienti tempore, quo hanc rem incumbas, donec eam perfecte illuquaris. Hæ considerationes duo rerum generaliter complectuntur: mala scilicet nostra, & miserias; bonaque ac dona, quæ Deus nobis tradidit, ad miserias reparandas. Præ illa res magis propriè pertinent ad nostri cognitionem: mala enim & miseriae sunt verè nostra, & nobis ipsis originem ducunt: sed bona sunt Deique, quæ si dicamus nostra, ideo est, qui ex misericordia & gratia sua illa in nobis collocauit.

HINC fit, vt propria tui ipsius cognitio hoc consistat, vt formes conceptum quemadmodum tui ipsius, rerumque tuarum verum, integrum bene plenum, separando preciosum a vilis, quod scilicet habes à teipso, ab eo quod habes à tuo creatore, & eius gratia. Considerans teipsum tanquam pauperem, mendicum, egenum, & ab omnibus bonis nudum: innumeris verò malis oneratum. cum verò aspicias bona, illa considera tanquam aliena, & ex elemosina & gratia accepta: tribuens illa Deo largitori, & modo, qui in sequentibus capitibus declarat.

incipiendo à cognitione miseriarum, quæ  
in decursu vitæ nobis eueniunt, ab ipsa nati-  
uitate vsque ad mortem, ijs præmissis, quæ in  
prima parte Meditationum sunt posita.

CAPVT V.

DE PROPRIA COGNITIO-  
ne ex miserijs, quæ tum à peccato  
Originis, tum ab alijs actualibus no-  
bis eueniunt; & ex nihilo, quod ex  
nobis ad bona opera habemus: &  
quod ex his ascenditur  
ad cognitionem  
Dei.



QVONIAM propria co-  
gnitio obtinetur legendo  
& meditando librum pro-  
pria conscientia, ac vitæ  
nostræ, redigenda sunt in  
ordinem, quæ in eo sunt  
scripta: perpendendo & ru-  
minando tria præcipuè genera  
sententiarum, quarum sacri libri prolixam  
faciunt mentionem.

QVAEDAM enim sunt sententiæ scriptæ  
manu primi nostri parentis Adami, per gene-  
rationem scilicet carnis: alias tu ipse scripsisti,  
ac ve-

SPIRI-  
NTE

ac verò scribis quotidie propria manu, addens  
sponte tua miseras voluntarias supra natu-  
rales & hæreditarias: alias scripsit ipse Deus,  
scribitque quotidie, ac verò scribet, ut tunc  
promeritis pœnis afficiat, iuxta illud quod  
ei dixit Job: *a scribas contra me amara iudicia*  
*& consumere me vis peccatis adolescentie mea.*  
Sicut enim tu in hoc libro culpas, & peccata  
scribis, ita Deus scribit pœnas. Et ex utroque  
simul discis cognitionem Dei, quoad severi-  
tatem iustitiæ eius, & profunditatem iudicio-  
rum, aliorumq; diuinorum attributorum  
affinium: & progrediens, peruenies ad cog-  
nitionem rerum, quas Deus scribit in eodem li-  
bro, ad reparandas tuas miseras, teque ipsam  
suis misericordijs implendum.

Ut hæc omnia exactius intelligas, adhibe  
re quoque licebit speculum siue librum alium  
præter eum, in quo continetur diuina scri-  
ptura, speculum videlicet, in quo videas, quæ  
cæteris hominibus quotidie eueniunt. eorum  
enim miseriæ clarius tuas patefaciunt. Nam  
(ut S; Gregorius ait) amor proprius excæcat  
oculos animæ in rebus proprijs, ut turpe, quod  
amat pulchrum esse iudicet: quod idem, si  
videt in alio, melius aduertit eius fœditatem.  
Sicut David proprium peccatum agnouit in  
alio, quod Nathan propheta illi propone-  
bat, dicens: *b peccaui Domino.* Necessè tamen  
est, considerationem hanc esse profundam  
humilem, dolentem, & cum applicatione ad  
reparandum malum, quod deprehendes; alio-  
quin

a. Job 13. 26.

Hom 4. in  
Ezech.

b 2. Reg 12. 13

quoniam comparaberis (vt ait S. iacobus Aposto-  
lino) consideranti vultum natiuitatis suae in sp-  
ritu: considerauit enim se, & abiit: & statim  
oblatus est, qualis fuerit.

§. I.

De peccato originis eiusque vulne-  
ribus.

INCHOANDO itaque à primis libri cha-  
racteribus quos propria manu depinxit  
Adamus terrenus in ipso puncto tuæ con-  
ceptionis, deprehendes (sicut dixit David) a Psal. 50. 7.  
quod in iniquitatibus fueris conceptus: & in  
peccatis te conceperit mater tua. licet enim in  
solo peccato originis fueris conceptus: eo ip-  
so tamen plurima accepisti vulnera, quae ini-  
ta sunt innumerabilium peccatorum. Hæc  
vulnera (vt ait Beda) sunt quatuor, ignorantia  
scilicet, malitia, debilitas, & concupiscentia;  
quibus quatuor præcipuæ animæ facultates affi-  
ciuntur. Nam intellectus repletus fuit igno-  
rantis & tenebris. Natus enim es absque fidei  
lumine; naturali etiam obscurato, sine prudē-  
tia, sine scientia, sine cognitione veritatum,  
subiectus mille erroribus, illusionibus, ac de-  
ceptionibus. Voluntas accepit etiam vulnus  
malitiæ, ob defectum charitatis, peruersæ in-  
clinationis ad seipsam, vt legem diuinam ni-  
hili faceret. eodem tendit concupiscibilis, ac-  
cepto vulnere concupiscentiarum, & cupidi-  
tati, quibus quærit quæ delectabilia sunt huius  
vitæ

SPIRI-  
TE

Gen. 8. 21.

vitæ, quæ per sensus aditum habent: de quibus  
 propterea ait Scriptura, quod *sensus & cogi-  
 tatio humani cordis in malum prona sunt ab ad-  
 olescentia, & natiuitate sua,* & pro omnium  
 miseriarum coronide accedit vulnus infir-  
 mitatis seu debilitatis, ad quodecunq; bonum  
 præstandum: quod vulnus inflictum est facul-  
 tati irascibili, quæ esto sit audax & animosa  
 prosequendum quod carnem delectat; est ta-  
 men pusillanimis ac debilissima ad ei contra-  
 dicendum, & obediendum spiritui. Ingredere  
 igitur te ipsum consideratione, & incipe lege-  
 re ac meditari quatuor has miseras; & quæ  
 earum pars tibi contigerit: vt sic humiliter  
 nec tibi aliquid tribuas, vt qui procedas à  
 corrupta radice, adeoq; infectus ab ea proce-  
 deris, cum periculis perpetuæ damnationis, nisi  
 diuina misericordiâ tuam intercipiat mis-  
 eriam. c *Radix tua* ait ipse Deus per Ezech. &  
 generatio tua de terra Chanaan, pater tuus  
 Amorrhæus & mater tua Cethæa & quæ  
 nata es in die ortus tui, non est præfusus vmbri-  
 cus tuus, nec vena tui nutrimenti fuit alligata,  
 & aqua non es lota in salutem, nec sale sal-  
 lita, nec inuoluta pannis, nec pepercit super te,  
 aut misertus est tui oculus, vt faceret tibi vnum  
 de his, in refrigerium scilicet tui: sed prostrata  
 es super faciem terræ in abiectioe, & periculo  
 animæ tuæ transiens autem ego per te, vidi te  
 conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi: vnum  
 dixi, inquam, tibi: in sanguine tuo viue. O  
 recte scires te ipsum in hoc speculo intueri,  
 vt co-

Ezech. 16. 3

cognoscere, quid sis ex tua natiuitate; &  
 quid fuerit Deus tibi. Si enim radicem tuam  
 aspicias, procedis à terra Chanaan, qui fuit à  
 patre suo Noe maledictus. Natus enim fuisti  
 in peccato originis, maledicto subiectus, quod  
 inde nobis prouenit. Pater tuus fuit Amor-  
 thæus quod significat rebellem, seu amarum:  
 es enim filius Adami, qui superbe quærens di-  
 gnitatem & excellentiam, cecidit in amaritu-  
 dinem culpæ, mortisque, quam sua superbia  
 meruerat. Mater tua est *Cethæa*, quod in-  
 terpretatur stulta, aut quæ alios stultos facit.  
 es enim filius Eux, quæ passa est, se à serpente  
 seduci, existimans se futuram sicut Deum: quæ  
 malitiam suis quoque filiis communicauit,  
 sicut Adam amaritudinem. d *Qualis enim Adā*

D. Hierō &  
 & Lyfa. ibi

d. i. Cor. 15.  
 48.

*terrenus, tales & terreni.*  
 Ab his parentibus natus es filius iræ, pec-  
 catorum sanguine maculatus, & multis mis-  
 eris infectus: ut in tota natura non sit aqua sa-  
 lutis, potens lauare illam culpā; nec sapientiæ  
 sal sufficiat ad subueniendū tuæ tantæ igno-  
 rantie: nec panni virtutum, quibus tua nuditas  
 & malitia contegatur; nec est, qui ruptas tuo-  
 rum appetituum venas alliget, ne sanguis erūpat  
 cupiditatum: nec est, qui abiectiōnem tuam e-  
 rigat, teque animet, ut tot misérias euadas. o-  
 mnes enim creaturæ te abiectam relinquunt  
 in terra; corde adhærent ē rebus terrenis; in-  
 becillum, & absque virtute, ut possis te ab eis  
 extricare. Sic itaque constituto quid aliud ti-  
 bi sperandū erat, nisi æterna dānatio: aut certē  
 dic

SPIRI-  
 NTE



Luc. 10. 30.

dic mihi quid infelix ille homo sperabat poterat, qui e descendens ab Ierusalem in Iericho incidit in latrones, qui dispolauerunt eum, & in multis partibus vulnerarunt, & sanguinem ex vulneribus fundens in eam animi detractionem venit, vt semiviuus; aut semimortuus relinqueretur. & supra hac omnia illud accessit mali, vt a sacerdotibus & leuitis, qui illud viderunt & transuerunt, desertus fuerit, & absque vilo remedio relictus, sine vilo dolo mortuus fuisset, nisi pius Samaritanus accessisset, & curam eius gessisset. Tu autem es ille infelix, qui dum in voluntate Adami peccasti, manus infernalium latronum incidisti, quibus iustitia & sanctitate spoliatum vulnerarunt, & facultates quatuor praedictis vulneribus sauciarunt, semique viuum reliquerunt. Quia nihil aliud in te viuum remansit nisi scintilla rationis ac liberi arbitrij, adeo tamen debilitati, vt neque ipsum possit se sanae; & reparare vitam, nec sit vlla Creatura, ad eam reparationem sufficiens. Quid ergo stulte superbis, sicut mater tua Eua? o superbe, quid quaeris famam & honorem, sicut pater tuus Adamus? o miser, cur te non abijeis, cum tot in te cernas miseras, tot vulnera, tot pericula, & exiguum eorum remedium.

SE D postquam quis ipse sis cognoueris, & animo deijciaris, & aspectu rei adeo abiecta stomachumq; mouentis affligaris: eleua oculos ad videndum, quid sit Deus, & qualem exhibuerit erga te, in misero illo statu iaceas.

Tunc

nunc enim magnus ille misericordiarum Pa-  
 ter, pericula tua & miseria videns, commi-  
 seratione tui permotus dixit tibi: *viue, dixit,*  
*quam, viue.* Et quoniam ipse dicere est fa-  
 cere, simul restituit tibi vitam gratiæ, magna-  
 que prestavit auxilia, ut culpæ tuæ reliquias ab-  
 ergeret. Aqua salutis te lauit in Baptismo,  
 mundans à peccato originis, infudit sapientiæ  
 celestis saltem cum lumine fidei, quæ tuam ex-  
 mitte ignorantiam; induit te vestimento cha-  
 ritatis aduersus malitiã dedit tibi supernatu-  
 rales virtutes, quibus tuarum cupiditatum ve-  
 ruptæ, ligarentur, deiectæque tuæ vires e-  
 rigerentur: certum etiã præbens pignus, quod  
 ex parte sua sit subsidia præbiturus suæ gratiæ,  
 ad consequendam vitam æternam. Pius enim  
 Samaritanus, non solum alligat vulnera;  
 sed etiam infundens vinum & oleum suorum  
 sacramentorum, restituit sanitatem; teq; col-  
 locat in hospitio Ecclesiæ suæ, alium tibi assi-  
 mans patrem, & aliam Matrem, non terrenos  
 sed coelestes, qui curam tui gerant: multosq;  
 ministros suos constituit, qui te iuvent, ut per-  
 te sanitati restituaris. Laudet te, Deus meus  
 Angeli & creature omnes benedicant, ob tot  
 beneficia in adeo indignum collata: nouerim  
 me, & quid sim ab origine meæ carnis, ut me  
 humiliem: nouerim & te, & quod à te accepti  
 in spiritali regeneratione, ut resumam spiri-  
 tum ad tibi constanter seruiendum, donec cõ-  
 lequar coronam gloriæ. Amen.

SPIRI-  
TE

§. 2.

*De peccatis actualibus alijsq; miserijs.*

**P**OSTQVAM legeris, medita tusque lo-  
ris characteres in te scriptos, tum à ter-  
reno Adamo; tum à cœlesti, ad repa-  
dum; quæ ille destruxerat, poteris aggregare  
quæ tu ipse propria tua manu scripsisti, ali-  
tate tua utens, ad innumera actualia pecca-  
admittenda, per totû vitæ tuæ progressum  
eû modum, quo id faciebat S. ille Rex, qui  
dicebat: *a recogitabo tibi oēs annos meos in  
maritudine anima mea*: his verbis significat  
hanc cogitationē debere esse profundam, ut  
scrutetur secretissima quæq; per omnes  
& exercitia totius vitæ, cum dolore carere  
in ipsius Dei conspectu: ut maiorem tibi ad-  
rat pudorem, & inde ascendas ad cogniti-  
eius Domini, qui tam diu te sustinuit.

**I**NCIPE igitur recogitare omnia pecca-  
quæ à quatuor prædictis vulneribus à culpa  
riginis inflictis, processerunt: Et inuenies  
esse peccata ignorantia, in aduerrentia, &  
obliuionis, ut nec numerare ea sufficiat, nisi  
lumen habeas ad ea cognoscenda; nisi ut  
Dauide dicere possis: *b delicta iuuentutis meae  
& ignorantias meas ne memineris: c & ad-  
cultis meis munda me*. Quomodo ergo enu-  
rabis peccata passionū, quæ fluxerūt ex vul-  
rib, effreniū cupiditatū? & ea, quæ ex infir-

a Isa. 38. 15.

b Psal. 24. 7.  
c Psal. 18. 13.

ate admisisti, ob timiditatem & pusillanimitatem  
tua? & quis numerus erit peccatorum malitia,  
q̄ prava tua voluntatis inclinatio p̄duxit? Hec  
n. est d̄ sanguisuga, cuius ait Sap. duas esse filias  
dicentes, affer, affer. Hæc. n. bestiola duo habet  
ora, quæ Sap. appellat filias: alterum in capi-  
te, alterum in cauda: quibus carnem arripiens,  
fugit sanguinem tanta aviditate, vt videatur nu-  
quam satura futura. Ita ait S. Bernard. voluntas  
propria, originis culpa sauciata, duas habet  
vehementes inclinationes, alteram superio-  
rem, ad honores & excellentias; alteram infe-  
riorem, ad delicias seu voluptates: & utraq; est  
insatiabilis: quia nec animus vnquam vanitati-  
bus satiatur, nec voluptatibus caro: quas vt as-  
sequantur, eisque fruuntur, sugunt & hauriunt  
innumera peccata, quibus cruentant & macu-  
lant animam: quia semper dicunt: affer, affer.

NA M̄ admissa vna vanitate & voluptate,  
altera mox appetit; & statim atq; vni culpæ cõ-  
sentit, pro altera suspirat; & post minorem, cõ-  
cupiscit maiorem; & sic vsque ad supremam:  
ad quod facit continuato tempore, die ac no-  
cte. Statim enim atque homo euigilat a som-  
no, illa quoque euigilat, aperitque ora sua, ap-  
petens escam & sanguinem suum sugens. Statim atq;  
videt honorem aut voluptatem, illis adhærescit,  
& affectione arripit, cupiens sibi sugere: imò  
etiam bona opera arripit, vt aliquid vanita-  
tis, sensualitatis, aut interesse, sue utilitatis  
sugat. Quibus ita eam maculat, vt omnes tales

d̄ Prov. 30, 15

Iansen in  
eum locum,  
in declamat  
ecce nos reli-  
quimus arri-  
nia.

PIRI  
NTE

et iustitia tanquam pannus menstruata sunt e Isa. 64. 6

Kk 2 & sto-



& stomachum moueat vel ipse eorum affectus.

2. ET vt semel concludam; si ad fundum ventris velis propriæ cognitionis existimare debet te eo esse insatiabile maledicta huius sanguinis sitim, cum vtraque sua filia: tantumque sanguis peccatorum, quem vtroque ore haurire conatur, vt, nisi diuina misericordia ea clauderet potentia sua, maledicta illa inclinatio te deducere te eoque abiceret, vt omnia peccata, quæ in mundo fiunt, admitteres. & quotquot vides in hominibus, & audiisti aut legisti in liberis, in cras ac prophanis. Et cum tu adeo sis debilis vt solis viribus ruis nec has filias macerare, que ora hæc claudere possis: tibi ipsi attrahere potes omnia peccata, quæ posses admittere quò altius in humilitate funderis; & sustinere omnes poenas, quæ propter illa peccata constituta, siue temporales siue æternas, extirpare potes te esse pro merito: vt magis Dei amore eiusque iustitia proficias. Quæ pertingere posses, ingredi que in abyssum diuinæ sapientiæ, & in profunditatem occultorum eius iudiciorum, intelligeres peccata, quæ Deus in te nouit, siue quæ hæcenus admittis, siue quæ admitteres, si manum ille sua à te retraheret: & in quæ fortè incidere, permittere id ipso in poenam tuæ superbiæ & negligentia & hæc consideratio altius te fundat in cognitione tui ipsius, vt studeas, magis te coniungere Deo, a quo vides te omnino dependere.

Quò verò clarius adhuc aliquid horum

DUX S  
P. T. P. P. P.

perpicias, statui ponere tibi oculos quendam  
 librum, quem ostendit Angelus Zachariæ pro-  
 pheta, tanquam magnam membranâ, quæ per  
 aerem volabat: & *longitudo eius erat viginti* Zach. s. 1.  
*cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum:*  
 cuius titulus & argumentum erat. *Hac est ma-*  
*ledictio, qua egreditur super faciem omnis ter-*  
*ra: quia omnis fur sicut ibi scriptum est, iudi-*  
*cabitur. & omnis iurans ex hoc similiter iudi-*  
*cabitur: Ego educam, ait Dominus exercituum*  
*ad in lucem: & veniet ad domum furis, & ad*  
*omnem iurantis in nomine meo mendaciter, &*  
*omniabitur in medio domus eius, & consu-*  
*met eam, & ligna eius & lapides eius. O si*  
 magni consilij angelus oculos tibi aperiret, ut  
 in huius libri scripturam legeres & intelligeres,  
 sciret eius longitudinem & latitudinem, & titulu  
 huius inscriptionem, & modum, quo descendit  
 de celo: locum, ad quem tendit, & in quo mo-  
 ratur: & stragem, quam ibi facit: Non enim est  
 aliud hoc volumen, quam distincta notitia, quâ  
 Deus habet eorum peccatorum, quæ homines  
 describunt in libris suarum conscientiarum: &  
 suppliciorum, quæ propter illa merentur, ut  
 eos iudicet tempore suo, & cuique infligat pœ-  
 nam, culpæ eius proportionatam: & in illo li-  
 bro designata & constituta est pars pœnæ, quæ  
 continget.

ELEV A igitur oculos mentis ad legendum  
 quod in eo libro continetur: & inuenies hor-  
 rendas quatuor miseras culparum & pœna-  
 rum.

PIRI  
 NTE

Gen. 31. 7.  
Apo. 2. 10.

*Prima* miseria est, quod peccata sint innumera, ideo enim libri latitudo erat decem cubitorum, denario illo numero significans, iuxta scripturæ sacræ consuetudinem, innumeram multitudinem. Quamuis enim propheta solum dicat, scripta ibi esse furta & perjury, quia illa tunc magis in usu erant: per illa tamen duo vitia, quorum alterum est recta contra proximum, alterum contra Deum, intelliguntur cætera peccata cogitationis, verbi, & operis: quia Deus non obliuiscitur scribere in libro suæ memoriæ aliquid eorum, quæ tuis in libro tuæ conscientiæ: simul verò cum ipsa culpa scripta & notata est poena, quæ tibi inferetur, nisi poenitentiam egeris.

*2.* *Hæc* miseria crescit multum, accedente secunda, duratione scilicet continua & perpetua, quam poenæ illæ ex seipsis habent. Propterea enim liber ille duplo plures cubitos habet in longitudine, quàm in latitudine, ut significetur, quod ibi scriptum est, æternum duraturum: nisi Deus, ob nostram poenitentiam, illud deleuerit, quæ in sola ipsius misericordia fundatur. Peccatum enim, quod semel admisisti, quantum est ex parte tua, esset æternum, & gratiæ vita, quam semel amittis, æterna esset amissa: quia non habes facultatem ad illam reparandam. Sicut violentas tibi manus impo-rens, occidere te potes: te autè resuscitare non potes. Et propterea poena, in mortali peccato decedentis, est æterna: quia eius culpa semper durabit in inferno, vbi nõ est locus poenitentiæ.

ET quamvis hæc duo mala aded sunt gra-  
tia additur tamen illis tertia miseria, certi-  
do videlicet & velocitas, qua veniunt, quæ  
exprimitur per volatum: volumen enim  
erat volans, magno scilicet impetu. Nihil  
enim est in mundo certius, facilius, ac  
velocius, quam labi hominem in peccata,  
demittere DEVM de cælo ei debitas pœ-  
nas.

3.

QV ID verò dicis de strage quã adferunt?  
nam etsi mala illa volent, non tamen citò  
transeunt, sed in illa infelici anima commo-  
nentur, quasi ex instituto: & sicut peccatum  
semel admissum instar pestis, inficit omnes  
potentias, & omnes destruit virtutes: sic à  
Deo constitutum supplicium destruit postea  
animam & corpus horrendis in flietis crucia-  
tibus.

4.

Et propterea non est sine mysterio, vt quod  
translatio vulgata vocat volumen; alia, quam  
sequitur S. Chrysostomus vocet *falcem volan-  
tem*: ad significandam atrocitatem, infalli-  
bilitatem, & festinationem horum supplicio-  
rum & pœnarum. Quod si me interroges,  
quibus personis hæc minæ dicantur? Titu-  
lus voluminis ad id respondet: *hæc est  
maledictio, quæ egredietur super faciem om-  
nis terra.* Omnes enim ei subijciuntur, &  
omnes comprehendit, cadetque super om-  
nes, nisi diuina misericordia eam prohibeat.

Hom. 35. 19  
& 27. ad pop  
Theodoret.  
& Pater  
Graci.

PIRI  
TE



Ingrede itaque & miser, intra templum & contentè lege ac meditare, quicquid liber hactenù tenet, priusquam Deus in die nouissimo illum in lucem proferat. Aspice illam partem, quæ iam prodijt in peccatis, quæ hactenus admittisti, & in pœnis hactenus tibi influctis: & stans illam aliam, quæ iâ imminet: & attende, quod liber & falx diuinæ iustitiæ venit volans, & fortè prope est, vt super te sedeat: teneatque ictum eius cum id minime cogitas: & superdem tot miserijs subiectus es, agnoice illa humiliare.

5.

NE tamen animum omninò abijcias, poteris per hunc eundem gradum propriæ cognitionis, ascendere ad cognitionem infinitæ misericordiæ & omnipotentæ; vt eum diligas, laudes, & fideliter eidem seruias. Ipse enim est Deus, qui vtrumque maledictæ humanæ sanguisugæ os occlusit; ne totum sanguinem peccatorum, quem vehementer cupiebat, effugeret. Idem Deus est, qui ex eiusdem sanguisugæ ventre sanguinem, quem illa iam exheraxerat, extraxit: cum te ad veram poenitentiam permouit. Hic Deus est, qui ostendit tibi arbrum, & falcem per aëra volantem, vt videas, legas, & contempleris, priusquàm descendat, & riatque terram, vt fugias, & ictum praueuas. Hic Deus est, (ait S. Gregorius) qui ob oculos tibi ponit scripturam diuinam, significatam etiam per hoc ipsum volumen, volens eleuatam super terram: vt legens & meditans quæ in eo scripta sunt, eleues cor tuum à terrenis ad cæ-

Lib. 15. Mor.  
c. 2.

nae coelestia; fugiasq; peccata, quae prohibet; & evadas penas, quas minatur; ames verò feruientem; fideliter iudici a deo beneuolo, qui tanquam pater monet in tempore, vt te ipsum malaque tua, agnoscens remedium adhibeas. O pater misericordiarum? *nouerim me, & nouerim te.* Nouerim innumeras misérias meas, vt me humiliem; & ex eisdem cognoscam seueram tuam iustitiam, vt te timeam; & immensam misericordiam, vt te diligam; tibiq; obediam.

§. 3.

*De mensura peccatorum vnus cuiusque.*

**S**ED adhuc superest multo amplius, in quopossis profundius descendere in cognitione tuorum peccatorum, si verè desideres cognoscere te ipsum. Nam vel in vno solo peccato lethali latentes inuenies, tanquam in semine, omnes misérias temporales, & æternas, quae euenire tibi possunt, cum modo quodam tremendo: & quodocunq; illud admittis, exponis te periculo eas subeundi. Nã, quod in te est, omnibus illis te subijcis.

**Q**UOD vt intelligas, diligentius attende magnum Deum, æternum & sapientissimum, <sup>1.</sup> *qui omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit, ab ipsa sua æternitate vidisse, ac limitasse numerum annorum, mensum, dierum, & horarum, quo velit sustinere & expectare omnes peccatores; mensuram quoq; peccatorum,*

Kk 5 & pon-

PIRI  
TE

& pondus ac grauitatem eorum, quam velle  
 permittit: quo numero expleto, & qua men-  
 sura impleta, eos castigat vltimâ miserâ, mor-  
 tis scilicet temporalis, & æternæ. Et, ob secre-  
 ta sua iudicia, numerus ille maior est, & latior  
 mensura, interdum verò & numerus est pau-  
 uis, & mensura angusta. Nam sint aliqui pro-  
 dones qui ad primum furtum incidunt in ma-  
 nus iudicis, & in patibulo culpam suam luunt:  
 alij verò perueniunt ad senectutem post multa  
 latrocinia, & tunc incidunt in manus iudicis,  
 eandemque subeunt pœnam, quam alij pro-  
 pter primum latrocinium: Sic inquam occulte  
 diuinæ iustitiæ ordine euenit, vt aliquis pecca-  
 tor primis vitæ suæ annis, & cum paucis pecca-  
 tis, & fortè vnico solo impleat destinatam  
 mensuram: & qui vix dum viuere inceperat  
 in mundo, repente transferatur ad infernum.  
 Sicut miserandus ille puer quinquennis, de quo  
 refert Sanctus Gregorius quod blasphemans  
 in vlnis sui parentis, raptus fuerit à Dæmonibus  
 ad infernum: eò quòd tantum haberet vlti-  
 rationis, vt cognosceret se malefacere blasphemando.  
 Alios verò suffert Deus vsq; ad senectutem,  
 & tunc admittunt aliquod delictum, quo im-  
 plent suam mensuram; inciduntq; in manus  
 diuinæ iustitiæ, à qua b *quantum glorificauerunt  
 se, & in deliciis fuerunt, tantum accipiunt iu-  
 mentum & luctum.* sicut euenit miseris illis  
 nibus, qui S. Susannam concupiuerunt, quibus  
 Daniel dixit: *in ueterate dierum malorum  
 venerūt peccata tua, & numerus eorū impletus  
 est, vt li-*

Lib. 4. Dialo  
 cap. 18.

b Apoc. 18. 7.

c Danl. 12. 52.

ut simul omnia luas. Et quamuis in primo casu emineat magis diuina Iustitia, admixta tamen est ei misericordia, quæ præuenit peccata Iuuenis, ut leuiore ferret pœnas in inferno. Cõtra uerò, licet in secundo casu resplendeat misericordia diuina, tam diu expectans peccatorem ad pœnitentiam; eidem tamen admiscetur seuerà Iustitia nam, ut dicitur in libro Machabæorum: *expectat Deus patienter alias nationes, ut eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat.*

HINC licebit colligere, quòd cum nullus hominum nosse possit numerum & mensuram a Deo constitutam, fortè primum lethale peccatum, quod admiseris, erit tibi ultimum huius numeri, & quid deerat ad implendam mensuram, post quod sequatur æterna tua damnatio: inuadente te morte in illa culpa; aut minimum, deserente te Deo, propter eam; ita ut (Isaias aliã ob causam dixit) *de radice colubis egredietur regulus, & semen eius absorbens uolucrum, siue, (ut LXX vertunt) serpentes alati, qui quem deuorent, siue animam tuã in eas culpas labentem serpentes infernales.* Quomodo ergo non horreas quodcunq; peccatum, quod esse potest semen adeo horrendi & æterni mali? Quomodo potes de te præsumere, multumq; tibi fidere, cum hinc ad eò sis procliuius ad lapsum in culpam; inde uerò nescias, nũ illa uictima sit, quæ deerat ad implendum numerum & mensuram, qua causæ tuæ finis infeliciter imponatur. O cæce, agnosce te ipsum:

& atten-

d 2. Machab.  
6. 14.

2.

c Isai. 14. 29.

PIRI  
TE

& attende diligenter, te semper verſari prope  
ſerpentem qui poſſit te mordere, tali mortuo  
qui tibi afferat mortem æternam; aut quæ  
ex eo baſiliſci naſcantur, & dracones, qui  
venenis te in æternum mactent.

3.

Zach. 5. 6.

VT AVTEM maiorem vim apud te habent  
hæ veritates, audi admirandam quandam viſi-  
onem, quam habuit Zacharias, qui vidit in  
amphoram quandam, qua liquores menſurari  
ſolent. & cum interrogaret Angelum, qui ei  
oſtendebat, quid ſibi illa vellent, reſpondit An-  
gelus: *Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa ter-  
ra.* Hæc ſcilicet eſt menſura in quam vniuerſa  
terre homines oculos ſuos coniectos habent  
vt illam impleant, & ecce repente cælium  
plumbi portabatur per aëra, quod erat necesse-  
riū, vt amphora occluderetur. *et ecce mulier  
ſeſes in medio amphoræ, cuius nomē erat imple-  
tas & proiecit Angelus eam in medio amphoræ,  
& miſit maſſam plumbeam in os eius, qua illam  
clauſit: & mox acceſſerunt duæ mulieres, quæ  
habebant alas milui, à malo ſpiritu ductæ, &  
leuauerunt amphoram inter terram & cælum  
vt eam deferrent in terra Sennar, quæ eſt Baby-  
lonia, vbi collocetur in propria domo & ſtabi-  
liatur in æternum ſuper baſin ſuam.* Quæ viſio  
eſt ad literam intelligatur de peccatis, & pec-  
nis Iudæorum, quibus Chriſtus dixit: *g imple-  
menſuram patrum veſtrorum: gemina riper-  
rarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ: po-  
teſt nihilominus cuius peccatori accommo-  
dari eo modo quo iã diximus. Cogita itaq; fra-*  
ter, p.

S. Cyrillus  
S. Hieron. &  
alij Patres.  
g Matt. 23. 32.

ter, te esse illum, qui oculos tuos in eam mensuram coniectos habeas, ut illam impleas; & quod iam impietas ceperit in eam intrare: quæ licet interdum uno quasi impetu ingrediatur; eamque Deus ita concludat, ut nunquam exeat; ordinariè tamen intrat pedetentim, imponens primum pedem, de quo David: *h ne veniat in pes superbia interioris.* & quoniam habet mores inciviles plane & rusticanos, ut si ei pedem porrigas, mox arripiat manum: statim atque pedem imposuerit pravae affectionis, intro ducit manum mali operis, & multorum malorum, quod Apostolus appellat *in corpus peccati* mox verò atque ingressa est, *sedet in medio amphora:* neque enim satis sibi esse putat, in medio cordis stare, tanquam transiens; sed sedet, quiescitque pravam inducens consuetudinem: statim inducit caput, oculos, & omnes sensus; oblectando in se ipsa, & in rebus suis; ut multis alijs peccatis mensuram impleat; in quam, iusto Dei iudicio, cadit massa illa plumbea, ut inde non exeant: sed permittit, miserum peccatorem excæcari, & cor eius indurari, obstinatione Diabolica: subito verò accurrunt spiritus maligni, in forma *duarum mulierum cum alis milui,* referentes figuram, quam induerant ad decipiendum, & inducendum eum ad vanitates & voluptates: quem rapiunt ex propria terra & præsentant ante tribunal Dei, à quo damnatum transferant ad terram Sennar, quod factorem significat. ubi ædificata fuit turris Babel, quod significat confusionem. *finis*  
enim

h Psal 39. 12.

i Rom. 6. 8.  
r sal. 1. in via  
peccatorum  
nō stetit: ne  
que in cathe  
dra pestilen  
tia sedit.

Isaia 6. excæ  
ca cor popu  
li huius: &  
aures eius  
aggrava.

s Greg li. 14  
Mor. 6. 16.

PIRI  
TE

enim eius est terra miseriarum, cooperta vni-  
bra mortis: in qua est foetor intolerabilis, & ter-  
terna confusio, cum mensura æternorum me-  
rituum, mensura peccatorum proportione  
ta. O mensura horrenda, & tremenda mi-  
seria? O DEVS æterne, ne sinas me de-  
mero esse horum miserorum, qui oculos ho-  
statuerunt, ad implendam hanc mensuram  
meos, quæ so ita clarifica, vt me ipsum cog-  
noscam, & peccata, quæ hætenus in eam in-  
phoram inieci; studeamque ea inde extrahere,  
& ita poenitentia dissoluere, vt liberer a  
horrenda miseria.

S. 4.

*Quod sine Deo nihil sumus ad opera bona  
facienda.*

**H**INC ascendere poteris ad vltimum &  
perfectissimum gradum cognitionis tu-  
ipsum; quando nihil ex teipso habes  
ad bona aliqua opera facienda. Perpe de itaq; Deo  
D.N. æterna sua sapientia & prouidentia, quam  
de suis electis habet, designasse etiam eis nume-  
rum & mensuram meritorum, quæ in hac vita  
sint habituri, vt ea remuneret in futura, &  
gloriæ mensura, quam ipse appellat a bo-  
nam, & confertam, & coagitatam & super-  
fluentem. Sed in hoc extremam tuam miler-  
am potes aduertere, quod cum sola tua volun-  
tate, proprijsq; naturæ viribus implere possis  
mensuram peccatorum, ac proinde in æterna tor-  
menta

a Luc. 6. 38.

menta incidere; non tamen possis per teipsum  
 mensuram implere tuorum meritorum. Et  
 quid dico implere? nec vel vnum meritum,  
 etiam solius cogitationis, potes per te ipsum  
 habere, nisi adiutus ab ipso Deo, qui dixit: b  
*perditio tua Israel: tantummodo in me au-*  
*xilium tuum: & Apostolus, c non sumus suf-*  
*ficientes cogitare aliquid boni à nobis, quasi*  
*ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est:*  
 & d ipse est, qui operatur in nobis & velle &  
 perficere, quod valeat ad meritum æternæ  
 vitæ. A DEO itaque auxilium & fauorem  
 venire oportet, vt impleas mensuram & me-  
 ritorum, & præmiorum, quæ speras in glo-  
 ria; & cum eius gratia scribendi tibi sunt in  
 libro tuæ conscientie characteres, qui illi pla-  
 ceant, & opera bona, quæ sit remuneraturus,  
 quando librum aperiet, ex quo te iudicet. Ad-  
 eoq; es miser, vt eadem ipsa bona, quæ accipis,  
 agnoscere nescias; & multo minus æstimare,  
 nisi ex gratia & fauore eiusdem Dei. quod fal-  
 sus est sapiens ille, qui dixit: e *Sciui quoniam a-*  
*liter non possem esse continens, nisi Deus det: &*  
*hoc ipsum erat Sapiencia, scire cuius esset hoc do-*  
*num.* Et quamuis à Deo petendum tibi sit hoc  
 donum, tanta tamen adhuc tua est miseria, vt  
 f *quod ores, sicut oportet, nescias, nisi Spiritus*  
*ipse Sanctus adiuuet infirmitatem tuam, & po-*  
*stulet pro te, aut postulare faciat, gemitibus in-*  
*enarrabilibus.* Quid amplius de te dicam, vt be-  
 ne, quis sis, agnoscas? tu q ad peccandū es gigas,  
 es ad benefaciendū infans. es sicut g *palme qui nō*  
 potest

b Osee: 13. 9.  
 c. 2. Cor. 3. 5.  
 d Phil. 2. 13.

e Sap. 8. 21.

f Rom. 8. 26

g Ioan. 15. 4.

PIRI  
 TE



Esa. 10. 15.

potest ferre fructum illum à semetipso, nisi ma-  
 serit in vite ; quæ est Christus ; à qua vir-  
 tutem accipias, ad fructum proferendum. et  
 tanquam f *securis, aut ferra*, ita vt nullum bo-  
 num motum habere possis, nisi Deus dede-  
 es sicut aër, qui ex seipso est tenebrosus, ita  
 nec lucem vllam, aut splendorem ve: itatum  
 virtutum cœlestium habere possis nisi à tan-  
 tiæ sole tibi communicentur, & continue con-  
 seruentur. Nam quemadmodum aër, etiam  
 iam à sex millibus annorum à sole quotidie  
 lustretur, nunquam tamen habitum aliquem  
 cit, quo lucem sibi absque præsentia solis, cum  
 communicantis, retineret : (nam ipso so-  
 cumbente in eisdem manet tenebris) sic tu quo-  
 iam si magnos fauores dona que recipias à Deo  
 etiam si per multos annos illa in te perseverent  
 non tamen potes ea tibi tribuere, & tanquam  
 propria vsurpare : Nam, si Deus manum suam  
 trahat ab eorum conseruatione, remanebit  
 propria tua miseria, & in tuo nihilo in quod oc-  
 culos tuos conijcere debes, vt te ipsum bene  
 gnoscas ; & in ea cognitione ac sensu tota vi-  
 ta tua perseverare, vt mensuram implere possi-  
 sis. Et si enim nihil ex te ipso sine eo valeas, ha-  
 bes tamen tam ad manum tuam & in promptu  
 eius auxilium & fauorem, atque si per te ipsum  
 solum idem fuisses facturus : Ita vt nunquam  
 Deus defuturus sit, nisi tu tibi desis. Et hinc  
 cet mentem eleuare ad infinitam liberalitatis  
 bonitatem, & omnipotentiam tui conditoris  
 cognoscendam, qui a deo est paratus ad iuuandam  
 vilem

537  
MEDIT. DE MISERIIS MORTIS 537  
in deo creaturam, qualis tu es. siquidem  
creatum est, nihil te per te ipsum posse, ita cer-  
tum est, te omnia posse cum Deo. O DEVS  
anima mea, in me quidem nihil, in te ve-  
ro omnia possum, nouerim me, & nihilum,  
quod ex me habeo, vt me humiliem, noue-  
rim etiam te, & plurimum quod per te  
possum, vt te glorificem in æternum. A-  
men.

CAPVT VI.

DE PROPRIA COGNITIONE  
ex miseriis, quæ tempore mortis e-  
uenire possunt.

**S**I CVPIS miseras tuas  
perfectè cognoscere, ne-  
cesse est, te legere & stu-  
dere in quodam libro in quo  
reteguntur deceptiones  
quæ Deo quotidie tibi a te  
oculos ponit, mortè scilicet,  
in quo lege possis & euidenter cognosce-  
re corporis tui miseras: siquidem omnia mor-  
tuum ossa clamant: *a memor esto iudicij mei, & Recl. 38. 23*  
*se enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie.* Sed  
animæ miseriæ adhuc sunt occultiores, ad quas  
cognoscendas, fidei lumen est necessarium. qua-  
rum summam intelliges legendo & meditando tria  
illa tantum verba, quæ ipsemet Deus scribi iussit  
Dix. Spirit. Tract. II. LI coram

PIRI  
TE

b Daniel 5, 6.

coram magno illo peccatore, Regem Balthazar, qui in grandi illo conuiuio, quod fecit optimis tibus suis mille, in eadem hora, apparuerunt tibi quasi manus hominis scribentis contra candelabrum, in superficie parietis aulae regia: & aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc cives regis commutata est, & cogitationes turbabant eum: & compages reum soluebantur, & genua eius ad se inuicem collabantur. qui, cum scripturam legere ipse non posset, consuluit Magos Chaldaeos & Arabios, qui cum nec legere nec interpretari possent. Vocatus est Daniel, qui Dei Spiritu legentem scripturam, quae sic habebat: M A N E, T H E O P H A R E S. cuius haec erat interpretatio. N O N M E R A V I T, A P P E N D I T, D I V I S I T. Quae verba mox declarauit in hunc modum. *Non numerauit regnum tuum, & completus illud finis eius peruenit: appendit, siue appropinquauit statera, & inuentus es minus habens. & diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis, quod ita omnino euenit. eadem enim nocte interfectus est ipse Rex Balthazar ab hostibus suis. Et quamuis miser ille hac lectione recte non sciuerit, quia nihil de eius poenitentia legitur, tu tamen ea uti potes, si in exemplum visibili consideres, ac mediteris, quod inuisibiliter in hora mortis eueniet tibi, si te in aliquo lethali peccato, quodcumque illud sit, deprehenderit. manus enim diuinae Omnipotentis in pariete conscientiae tuae, has veritates scriptas tam clarè, ut lumen, quod est in candelabro, intellectu*

Intellectus, illas plane videat ac intelligat; talibus tremores & horrores in misera tua anima efficiet, quales nec imaginari quidem posses in hac vita. Tunc autem lectio quidem earum veritatum erit clara, sed tibi inutilis: quia tunc remedium nullum erit. nunc autem etsi lectio obscuritatem habeat fidei, erit tamen certissima, tibi que vilissima. potest enim esse principium excellentis cuiusdam vite, fundata in profunda christi cognitione, ob miseras, quibus subiacet. Quod si tam es ignorans atque rex Balthazar, pete a Deo lumen, quod Prophetæ Danieli concessit, ut & legere possis, & intelligere in eo sensu, quo eas iam, obeuntes Danielis prophetæ officium, declarabimus, ob oculos tibi ponentes, quod in ea scriptura latet.

§. 1.

*Quod Deus numeratos habeat dies vite nostra, rerumque nostrarum.*

PRIMUM illius scripturæ verbum fuit. MANE, cuius germanus sensus, pro ijs qui ad horam mortis perueniunt, hic est: numeravit Deus dies vite tuæ, qui iam sunt cõpleti. Nõ potest in hac cõputatione vlla esse deceptio quia calculator est infinite sapiens, & omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit. Nec appellatio ad aliud Rationum consilium admittitur: quia ipsius consilium est supremum. nec est, qui cogere illum possit, ut vel vnum diem decretis ipsius addat: quia omnipotens

Ll 2 est &

PIRI  
TE

de Sap. 11. 21.  
1. part Me  
dit. 7.

d 4. Reg. 20.  
6.

e Job. 14. 5.

est & immutabilis. quod si quando preces ad-  
mittit, & propter illas aliquos addit annos, sicut d Regi Ezechia; hos ipsos iam numerum  
habebat, & comprehendebantur definitiva ipsius  
sententia; e qui quando implentur, (vt habetur  
apud Iob) *prateriri non possunt*. Quid ergo  
ces, miserrime peccator, in illa tristitia hor-  
quando velis nolis aperientur oculi animæ  
tuæ, qui eousque fuerunt clausi; ve hinc  
videas scripturam, & ultimam auctoris in-  
tentiam, subscriptam à Sanctissima Triuni-  
te. Qui enim scribit, est ipse pater; eius me-  
nus est filius; & digiti significant Spiritum  
sanctum omnesque tres personæ vnanimi con-  
sensus talem sententiam ferunt. Quid in illa an-  
tate positus respondebis? quos habebis ad-  
tores? quis tibi poterit aliquod solatium da-  
re? num regem Balthasarem magnates regni  
eius; qui cum illo ad mensam epulabantur  
defendere valuerunt? num consolari pote-  
runt vxores & concubinæ, quæ illum cir-  
cumdabant? num aliquod leuamen illi acci-  
derunt egregia illa vasa auri & argenti, quibus  
vtebatur? aut cibi delicati, & pretiosa ve-  
na, quæ in mensa proponebantur? scierunt  
ne consilium aliquod illi dare sapientes me-  
gni, & aruspices aulæ ipsius? omnes illi  
in ea hora deseruerunt. & quod prius esse  
erat sensualitatis eius & superbiæ, cepit  
ipsius afflictionem & cruciatum alere. *Quod si  
mors, quam amara est memoria tua, bonam  
pacem habenti in substantiis? Quod si memoria  
tua ad*

f Eccl. 4. 1. 1.

tua adest amara, quando erit amarior ipsa  
 praelentia: Hoc solum inuenio discrimen, quod  
 tua praelentia malis sit amara, absque spe re-  
 medij; tua verò memoria, amaritudinem  
 adferre potest cum vtilitate, si ex ea per-  
 moueantur ad amarè flenda sua peccata, statu-  
 entes ita vitam suam instituere, sicut hora illa  
 mortis vellent inueniri. Perpende itaque,  
 frater, vim huius scripturæ, quando DEVS  
 inspiratione sua eam suggerit memoriæ tuæ.  
 cogita quotidie, quod inuisibilis Dei manus, in  
 conscientia tua scribat illud verbum: MANE,  
 hoc est computati sunt dies tui, & forte ho-  
 die complebuntur. & hoc sensu excita in te  
 sanctum quendam timorem, & dolorem de  
 tuis peccatis, qui te inuet vt ab eis libereris.  
 & ita quotidie institue vitam tuam, atque si dies  
 ille vltimus esset. Agnosce benè eius breuita-  
 tem, & inconstantiam; & ita statue, quasi  
 iam præterijisset. Nam ipsimet damnati qui  
 sunt in inferno, etsi eam aliquando longam  
 putauerunt, instruentes nunc te dicunt nos na-

Sapient. 5. 13

S. Gregor. li.

7. 14.

2.

ri, *continuo desimuse esse*, tardè aduertentes, se  
 valde fuisse deceptos.  
 SED superest adhuc, quod legas in eodem  
 verbo: MANE: quod est *numeravit Deus*  
*regnum tuum & compleuit illud*: quia scilicet  
 finis eius adest, non enim solum DEVS vitæ  
 tuæ dies numerat; sed etiam illos, quibus res  
 tuæ, quas possides, sunt duraturæ. Nume-  
 ratos habet Deus dies regni tui, si es Rex; &  
 praelationis, si es praelatus; diuitiarum tua-

PIRI  
 TE

rum, si es diues; & quibus durabit tuum matrimonium, si es conjugatus. quæ computatio ad eum est infallibilis, sicut præcedens: ut impossibile sit, vel diem vnum, vel horam vnâ constituto ad eam numero addi. qui numerus interdum est minor, quam ipsius vitæ: eo quod decreuerit Deus res illas ante mortem non auferre, in pœnam sceleratæ nostræ vitæ, nisi ob alios fines, quos prouidentia sua secretatim tendit. Ex quo prouenit, ut repente hic facultates suas, & ille honorem amittat; hunc officio suo deiciant, illum à suo regno: quod peruentum sit ad terminum, quem Deus in æterno suo consilio definiuit. Alias computatio hæc æqualis est ipsi vitæ, nunquam enim illam excedit. ut enim dixit Dauid: *hæc interierit diues, non sumet secum omnia, neque detur cum eo gloria eius. i nudus egressus est de utero matris tuæ, & nudus reuertetur illuc: non secunda mater, terra scilicet tibi sit noua, adeo crudelis non contenta nudum te recipere ab omnibus externis bonis; exuat quoque pelle & carne, quæ ossa tua tegebant. Et hoc totum incipit repente. nam sicut Rex Balcham numquam minus credidit, peruenisse finem imperij sui, & vitæ, quam cum hæc sententia illi in medijs epulis intimata: Ita cum mens cogitaueris, & k qua hora non pot averti hominis venturus est, Christus index supremus, qui nocte domum tuam ingressus, auertit quicquid tibi accommodauerat; quia peruenit terminus illius commodationis, & quod*

h Psal. 48. 18  
i Job 1. 23.

k Matt. 24.

44.

k Luc. 12. 39.

quidem Dei manus non cessat quotidie pulsare, prudentia erit deceptionem tuam tempestiue petere, & externarum rerum mutabilitatem agnoscere, & ita eas possidere (vt ait apostolus) *quasi eas non possideres*, existimans, illas tibi esse à Deo commodatas: ideoque paratus esse debes ad easdem ei reddendas, quando illi placebit repetere: nihil earum occasione faciendo, quod eum offendant, qui tam liberaliter eas tibi commodauit. O Deus æterne, qui cuncta tua in *gressus meos dinumerasti*, fac tales illos esse, quos tua approbet misericordia, remuneret verò Iustitia, Amen.

1. Cor. 7. 10

Job. 14. 16

§. 2.

*Quod Deus appendat opera nostra.*

SECUNDVM scripturæ huius verbum est, THECEL; cuius interpretatio fuit: *appensus es in statera, & inuētus es minus habere*. Qua sententia significatur nobis seuerum examen, strictumq; iudicium, quod facit Deus nostris actionibus in hora mortis, quod iudicium in eadem S. Scriptura, appellatur a *pon-* *deribus & statera*. Sicut enim statera duas habet balances, in quarum altera collocantur pondera, sigillo regio aut reipub. notata, in altera vero res, quæ ponderantur, vt deprehendatur eum pondus sit iustum, an aliquid desit. Itaque cogitare licet, stateram diuinæ Iustitiæ, dua-

1. Proh. 16. 11

PIRI  
STE



quoque habere bilances; in quarum altera collocentur cogitationes, ac desideria, verba & opera, quæ libere feceris, à tempore, quo ratione uti coepisti, vsque ad illud punctum, quo inspirasti; in altera vero pondera, ex quibus discernendus sit valor & pondus, cui opera respondere debent, vt iusta sint. Hæc pondera sunt præcepta legis Dei. & Ecclesiæ sanctæ, statutaque tui; quod si opera tua cum his ponderibus momento statere respondebunt, vt sint illis conformia, & fundata in diuina gratia approbentur, tu sententia iudicis, iustus declaraberis, remunerabiturq; Deus te corona iustitiæ, & illis es promeritus. hanc securitatem habebat Sanctus Iob, innixus testimonio bonæ suæ conscientie, cum dicebat: *in ipse Deus computabit vias meas, & cunctos gressus meos dnumerabit. ambulauit in vanitate, & festinauit in delicto meus, appendat me in statera iustæ, & sciat de simplicitate meam.* hoc est, declaret sententiam suam puritatem, & fidelitatem in seruatione eius: qua meas actiones omnes direxit iuxta eius mandata. Quod si actiones tuæ non fuerint benè directæ iuxta regulam diuinæ legis, & quando DEVS eas in iusta sua statera collocauerit, inuenientur minus habere, & ponderis scilicet, quod habere debebant: Quod non fuerunt diuinis præceptis, regulisque virtutum conformes: quibus ponderibus examinandæ iudicio diuino notabuntur rariorem quam prauæ, ac minus habentes, & tu quoque earum causa. Ex nunc igitur incipit

h Iob 31. 4.  
S G eg li. 21  
Mor. 6. 4.

ponderare id, quod in hora mortis tibi eueniet: cum intra conscientiam tuam Deus multas accendat *lucernas*, quibus *scrutetur ierusalim*, anima scilicet tuæ angulos, ut tu ipse clarè videas quicquid in ea est, & intelligas, quousque pondus tuarum actionum perueniat, defectumque & malitiam earum. Tunc serò incipient tumores, ac tremores; anxietates, & agonizans ipsa morte terribiliores, quam atrocitatem nemo intelligere potest, nisi miser ille, qui eam patitur: quamuis interdum ipsum corpus indicet eius, quod infelix anima intus patitur: sicut Rex Balthasar, iuxta aliquorum Doctorum sententiam, solus vidit digitos manus scribentis in pariete; qui vero aderant, ex horrendis regis tremoribus, & clamoribus ingentibus coniecerunt, Regem terrificas aliquas res vidisse: Ita solus peccator videt, quas Deus *describit contra eum amaritudines* in illa hora. Sæpè tamen ex hoc eius sensu prodeunt horridi motus, & corporis gestus, quibus manifestatur rigidum iudicium, quod intra miseram animam geritur: Id ira disponente Deo nostro (ut notat Sanctus Gregorius in multis casibus huius argumenti, quos ipse refert) ad cautelam eorum, qui adhuc viuunt, Et præcipuè ut cogitent de suis operibus ponderandis, & cognoscendis in vita; & , antequam dies rationis reddendæ adueniat, corrigendis.

Memor quoque esto similis alterius scripturæ, quam in modum cuiusdam Epistolæ, misit Christus nomen noster cuidam Episcopo in

e Soph. i. 12

Medit. II.  
part. I.

Nicolaus Lyra.

d Job. 13. 26.

Lib. 4. Dial.  
c 37. & 38.

PIRI  
TE

Apoc. 3. 1

Apocalypsi dicens: *e Scio operata tua, quamen habes quod viuas. & mortuus es: esto vigilans, & confirma cetera, quae merita tua non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo, in mente ergo habe, qualiter doctrinam acceperis & audieris, & serua, & poenitentiam age. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, vt rationem exigam, & nescios quahora veniam ad te. quasi ei diceret: Attende quod sis ignorans, nesciens quid sis, nec vanitatem operum tuorum, quae tu non ponderas sicut ego: ex quibus ego hoc deduco, quod est tu nomen habeas quod viuas, opera tamen sunt mortui; titulum habes Christiani, opera vero hominis mundani; in statu es Episcopali, sed vita tua est saecularis. Nam tua opera etsi coram hominibus iusta videantur, coram Deo tamen non sunt plena, sed vacua, inania, & plena defectibus; & in statera meae iustitiae multo minus habent, quam tu existimes, & illa habere deberent. Quamobrem agnosce te ipsum: memor esto doctrinae fidei, quam audiisti a praecceptorumque legis, quae tibi ista promulgata; & iudicij seueri, quod te expectat: Et haec memoria te ipsum excita, & anima ad faciendam poenitentiam: vt me ad iudicandum te adueniente, opera tua inueniantur plena, & absque villo defectu: & obtineas praemium, quod tibi pro eis reddam. o iustissime viuorū atq; mortuorū Iudex; siquidem talem ad nos mittis Epistolam, vt nos agnoscamus, ac reformemus, & ad rationem reddendam praeparemus: concede nobis*

copio-

copiosam tuam gratiam, qua opera nostra ita impleamus, ut in tua iusta statera posita, non inueniantur minus habere.

§. 3.

*Quod Deus malos diuidat, regnoq; suo spoliet.*

**TERTIVM** verbum prædictæ scripturæ erat, PHARES: cuius sensus pro peccatoribus, cum in morte versantur, est: *diuisum est regnum tuum à te, & hostibus tuis traditum.* pro cuius maiori intelligentia, est aduertendum, quatuor esse regna, quibus peccatores in sua morte priuantur. *Vnum* est extra ipsos in terra: *Secundum* propè ipsos: *Tertium* intra: *Quartum* supra eosdem in cælo.

*Primum* regnum, quod est extra ipsos, est mundus hic spectabilis: in quo fuit homo conditus, ut a præfset, instar regis, *vniversis creaturis terræ*, in quo regno numerantur parentes, fratres, & amici, quos habemus: principatus, dignitates, diuitiæ, & bona reliqua, quæ possidemus à quib. omnib. separamur, atq; diuidimur oēs in morte. sed interest, quod iustus agnoscens vanitatem & mutabilitatem huius regni, non habet illud pro suo: sed cū Christo Seruatore nostro dicit: *regnum meum non est de hoc mundo*: ideoq; absq; vlllo dolore illud relinquit: q̄a non diligit illud: at peccator, q̄a inordinato amore illud diligebat, at possidebat, nō relinqt sine magno dolore: & interdū

deue-

PIRI  
TE

.1

a Gen. 1. 26.

b Ios. 18. 36.

Greg. 31.  
Mor. c. 8.  
Iob. 27. 19

deuenit ad hæredes, maximos eius hostes. hoc propositum dixit S. Iob. c. diues cum dormierit, nihil secum auferet; aperiet oculos suos, & nihil inueniet; apprehendet eum quasi inopia; nocte obruet eum tempestas; tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo auerit eum de loco suo. Nulla potuit magis propria similitudo afferri, ad exprimendam primæ huius comparationis infelicitatem. Cogita diuitem aliquem, & potentem, qui nocte aliqua reciperet se in domum aliquam recreationis in villa cum magno famulorum comitatu, quiq; in camera aliqua pulcherrimè ornata; & in lecto pretiosis ac delicatis stragulis strato, somnum se dederet: ad quem profundo somno immersum, multi latrones ingrederentur, qui omnes famulos in fugam conijcerent, & omnes eius diuitias deprædarentur: ipsum vero extraxerunt ex lecto, & domo sua projicerent in campum, ubi repente exorta tempestate aquæ, & grandinis, cum vento frigidissimo, malè illum tetaret, & à profundo illo lethargo excitaret: quando miser ille homo, aperiens oculos, videret se solum absque famulis, absq; diuitiis extra domum & lectum, & absque vllò subsidio, in medio horrendæ adeo tempestatibus: inquam hunc diuitem stupor inuaderet, quod timores & anxietates, afflictum eius cor premeret? Hoc igitur idem (ait S. Iob) eueniet vobis, bona huius vitæ inordinatè amanti. dum enim viuís, lethargus tuorum peccatorum, & cupiditates oculos tuos claudunt, ne te ipsam

agnoscat

agnoscas; & pericula, quibus expositus es, vi-  
deas; neque de imminentibus tibi malis plus  
cogites, quam si fidem de eis non haberes: sed,  
cum primum mortuus fueris, aperies oculos  
etiam nolens; & videbis te solum, pauperem,  
desertum. Mors enim latronis instar crudelis,  
& furentis, spoliabit te omnibus quæ habe-  
bas, & separabit omnes amicos & famulos.  
Ventus verò vrens diuinæ iustitiæ extrahet te  
ex loco honorato, delicijsque pleno quem oc-  
cupabas in hoc mundo, projicietque in horri-  
bilem inferni cloacam, vbi tantum erit fletus  
& stridor dentium in tremenda illa umbra, ex  
repentina ad eò mutatione, quæ eò erit g. auior  
magisque sentietur, quo fuit minus præcogi-  
tata: eoque amarior, quo minus spei superest  
obtinendi remedium.

Hoc ipsum verò melius intelliges, si per-  
pendas diuisionem reliquorum regnorum, quæ  
tunc fit.

*Secundum* itaque regnum, quod anima no-  
stra prope se habet, est dilectum ipsum corpus  
cui præsidet, gubernando omnes eius facultä-  
tes, ac sensus, ipsaque membra externa, cuius  
imperio parent omnia, alia instar mancipio-  
rum, alia instar ciuium liberorum. Hoc regnū  
diuiditur, in hora mortis, imò propriè mors  
non aliud est, quam hæc separatio animæ à cor-  
pore, proueniens violenter ex morbis, humo-  
ribus, & rebus alijs externis, quæ tanquã ho-  
stes miserum hominem aggrediuntur, ani-  
mamque compellunt cedere regno corporis sui.

Et sic-

PERI-  
TE

Et sicut absente rege à suo regno, subditi, qui prius erant concordēs, incipiunt inuicem dissentire; & hostes accedere, vt illud expugnent eiusque spolijs ditentur: Ita, anima discedente, incipiunt corporis partes diuidi, & ab inuicem seiungis; ac in elementa, ex quibus est composita, resolui, vt sententia illa in Adum eiusque posteros lata executioni mandetur: *d puluis es & in puluerem reuerteris.* &

Gen. 13. 19.

mox hostes illi accedunt, Medis Persisque crudeliores, quibus iustitia diuina regnum hoc diuisum tradit. Sunt enim (vt ait Sapiens)

Eccl. 10. 13.

*e serpentes, & bestia, & vermes,* qui corpus ipsum lacerant, eiusque spolijs impinguntur, rabidam suam famem carnibus illis laborantibus, donec illas omnino consumant. Et quamuis reges sint & Monarcha, hæc tamen fors misera illis quoque continget, sicut eadem illorum dixit Isaias: *f detracta est aduersus te superbia tua, concidit cadaver tuum, subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Huius regni diuisio prior est maior, quia est rei magis dilecta. Sed veracior est terribilior diuisio tertij regni, quod est intra ipsum hominem, de quo dixit Christus

Isa. 14. 11.

*3.* Dominus: *g regnum Dei intra vos est.* & Apostolus, quod *regnum Dei non sit esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto.* qui nomine iustitiæ omnes virtutes comprehendit, quæ nos faciunt iustos: quarum

Rom. 14. 17

charitas est instar reginæ, illas gubernantis, dirigentis ad suos fines; & ipsemet Deus, qui

char-

§. 3. MEDIT DE MISERIIS MORT. 551

charitas est, vt supremus rex omnium iustos gubernans, adiuvat ad earum conseruationem & augmentum. Hoc virtutum regnum diuidere à se incipit peccator, in vita sua cum peccatis suis fidem & spem diuidit à gratia & charitate, illas retinendo, has dimittendo sed in ipso mortis momento, iusto Dei iudicio ac sententia, etiam quod reliquum erat, illis auferitur. vt suo loco diximus.

1. p. Med. 30. punct. 4.

Per totā itaq; æternitatē nec Christus habitabit in dā nato per fidē; nec Deus regnabit in eodem per gratiam, nec spes vlla supererit ad eius amicitia redēdi. Nā, vt ait Sap. h *mor tua homine impio, nulla erit ultra spes, & expectatio solicatorū ū ipsis peribit.* Hac diuisione facta sequitur vltima regni quarti, ccelorū. s. in quo regnāt electi, fruētes cū eterno suo rege, premio æterno laborū suorū in illo. n. in illi. sonabit in aurib. peccatoris tremēda illa sententia: *separetur impius ne videat gloriam Dei: & qui in terra sanctorū iniqua gessit, repellatur ab eorū societate, ne videat, quod illi vidēt; nec fruatur eo, quo illi fruuntur.* audiet simul & illam aliam tremendam sententiam, quæ dicit: *k foris manean t exclusi ab hoc regno canes & venefici, & impudici, & homicida, & idolis seruentes, & omnis, qui amat, & facit mendaciū: ego Iesus misi Angelum meum, testificari vobis hac in Ecclesiis.* Denique iudex supremus, aternæ huius diuisionis sententiā pronunciat: *I discede à me maledicte in ignē aternū, qui paratus est Diabolo & Angelis eius,*

h Prou. 11. 7.

4.

i Isa. 26. 10. iuxta L X X.

k Apoc. 22. 15

l Mat. 25. 41.

quorum

PIRI  
TE



quorum opera es imitatus. Huius sententia  
virtute, tradetur infelix ille hostibus suis de-  
monibus, qui trahent eum ad carceres æter-  
nos, in quibus æternum diuisus à iustis omni-  
bus; & bonis, quibus beati fruuntur. Quanta  
tremor, quantæ angustia, rabie sç; furiosa oc-  
cupabunt infelicem animam, cum experiri co-  
perit æternæ huius diuisionis damna? O mi-  
sera mea, agnosce te ipsam; & attentè cõsidera  
diuisionem, quæ tibi imminet ab his quatuor  
regnis; & animare, vt mundi huius regnũ con-  
temnas; sancto quæ odio regnum tui corporis  
prosequaris: *in destrue magna animi forti-  
tudine regnũ & corpus peccati, vt vltimè  
seruias peccato. caue ve: ò diuidas regnũ  
tuum; ne eò deuenias, vt eas amittas: ne di-  
uidas cor tuum, eiusque affectiones inter Deũ  
& creaturas, ne intereas; & separaret te Deũ  
ab æterna sua societate. recollige, quæ à  
Deo sunt diuisa; recupera charitatem, amissionem  
feruorem, vt in die mortis tuæ, & si diuidaris  
ab hoc mundo, & à corpore tuo, non ta-  
men excludaris à requie, &  
regno æterno,  
Amen.*

*in Rom. 6. 6.*

*in Osee. 10. 2.*



CAPVT VII.

VARIJ AFFECTVS, ET V-  
tilia exercitia, quæ peccatorum &  
miseriarum nostrarum cog-  
nitionem comitan-  
tur.



VM finis Meditationis, vñ  
prædictum est, sit ingredi  
animam in cellam Dei vi-  
nariam, feruentium scilicet  
voluntatis eius affe-  
ctum, ope & pretium erit  
exponere, quomodo id p-  
sent meditationes miseriarum nostrarum,

aut vt magis propriè loquamur, quomodo id  
faciat Deus per eas; siquidem ipse est *a rex qui* a Cant. 2. 4.  
*intrauit in eam cellam*, non solum dilectam  
sponsam, sed eos etiam, qui his miserijs & dif-  
ficultatibus implicantur, iuxta illud Davidis:  
*b ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino.* b Psal. 59. 5  
*de diffi metuentibus te significationem,*  
*vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.* Quid est Deum ostendere nobis *dura*,  
nisi miserias nostras nobis patefacere? tum  
permittendo, vt illas experiamur, & ipsa ex-  
perientia agnoscamus: tum lucem coelestem  
nobis communicando, qua easdem in Medita-  
tione videamus, ac sentiamus? Et quid est,

Dux Spirit. Tract. II.

M m pot a

PIRI  
TE

potare nos vino compunctionis, nisi nobis communicare in hac recollectione affectus doloris, & pœnitentiæ, qui cor nostrum pungant contritione, magnoq; nostrorum peccatorum sensu? & hæc præcipua est significatio, quam nobis dat, vt fugamus arcum iræ: & seueræ ipsius resistitiæ, arcumque hostium nostrorum, quem in nos intendentes, tentationum sagittas iaculantur: ne illis succubamus. Et hoc fauore eos persequitur Dominus, qui ipsum timet: & amicos quos ipse diligit. talis enim lux, tale vinum, talis significatio, & fuga talis, salus atq; libertas, magna amicitia sunt indicia inter Deum & animam, quæ seruo de eo agit, vt se cognoscat, quo suo dilecto securius vniatur.

SE D, vt magis in particulari modum intelligas, quo id fieri debeat; conijce oculos in proprium finem cognitionis tuarum miseriarum in purificationem, s. cordis tui, ab omnibus culpis & imperfectionibus eius. Propterea enim Deus illam communicat etiam perfectioribus in sua contemplatione, sicut fecit cum Isaia, cui ei manifestauit gloriam suam in medio Seraphinorum, Simul enim ei manifestauit defectum puritatis, quo laborabat, cumq; ipse conque-  
retur de ea, ac diceret: *Ueni mihi quia vir pulchris labijs ego sum, & Regem Dominum vidi oculis meis: statim aut eum volauit vnus de Seraphin. & tulit calculum, siue prunam, quam tulerat de altari, tangensque eius labia, dixit: Ecce, tetigi hoc labia tua & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.* Ita nobis

elisa. 6. 7.

significans, proprium esse spiritus diuini, mittere inflammatos Seraphinos, feruentes scilicet inspirationes, quæ ponant in corde nostro ardentes prunas valde feruentium affectuum, cum quibus purificemus nos à culpis omnibus nobis in meditatione patefactis. & quoniã hæc purificatio non est Seraphinorum tantum opus, sed nostri etiam ipsorum: ei est tibi attendendam in ipsa meditatione: sicut Dauid faciebat, cum dixit: *d Meditatus sum nocte cum corde* d psal. 76. 6  
*meo anxieq; exercitabar, & scopebam spiritum meum.* quasi diceret: recipiebam me de nocte ad ea meditanda, quæ habeo intra me ipsum: meque ipsum magnis affectibus excitabam, & spiritum scopebam, ab omnibus sordibus culparum, quæ in eo erant. Et ne existimaretur hæc scopatio esse rûdis, tantumque in superficie, alia versio dicit *sarriebam vel limabam spiritum meum,* euellendo scilicet inutiles herbas affectionum inordinatarum, quæ ipsa consuetudine radices iam miserant, & *limabam* Vide Gene  
braidum. limam mortificationis, vt vitiorum ferruginem imperfectionesq; euaderent, quãuis tenaciter inhaererent.  
 MEDITATIO itaq; producebat affectus viæ purgatiuæ: & illi seuerè, exacteq; purificatione spiritus exequébatur. & in hoc consistit excellentia nobilissimi illius exercitij, quod examen conscientie appellamus, estq; modus quidam orandi, & meditandi circa propriam cognitionem, vt spiritus purificetur, *sarriendo limando & scopando,* ac demum accendendo eum punitis accensorum affectuum, qui ex altari, Christo.

PIRI  
TE

excussi recipiuntur in altari cordis nostri, sicut inferius declarabitur.

S. I.

*Qua ratione quis iudicium de seipso ferat in conspectu Dei.*

I.

1 Iob. 23. 30

**P**RAESTANTEM huius exercitij proxim delineavit S. Iob in seipso dicens: *Quis mihi tribuat, ut cognoscam & veniam Deum, & veniam usque ad solium eius nam coram eo iudicium, & os meum respondeat in increpationibus, ut sciam verba, quae mihi respondeat: & intelligam, quid loquar ei.* Planum est, Iob hic non esse locutum de iudicio nouissimo, quod fit in morte: hoc enim temeretur potius, quam desideretur. locutus itaque est de iudicio, quod fit in hac vita; ut euadant illud, quod fiet in eius fine, aut in futura. Non enim est delinquentium, cum non erunt, iudicem esse misericordem; legesque & poenas agnoscetes & confitentes culpas suas esse lenes ac pias: accedere per seipos ad ipsum tribunal, priusquam ab alijs accusentur; sperantes, hac via, se aliquo modo sui delicti veniam impetraturos. Et quamuis hoc in humano tribunali saepe deficiat, nunquam deficit in diuino, in quo infallibiliter obtinebis tuorum peccatorum veniam, si te humiliter huic tribunalii praesentaueris, ut in eo iudicaris. Nam ait Apostolus *si nosmet ipsos ante iudicemus,*

1. Cor. 11. 31

non utique iudicaremur & idem Iob: *ciudica-*  
*re coram Deo. & expecta eum*, scilicet confi-  
 denter, quando venerit ad iudicandum. eò e-  
 nim securius (ait S. Gregorius) expectat quis-  
 que aduentum Dei ad iudicium, quò maiori  
 cura examinat quotidie vitam suam: vt cum  
 venerit, iam iudicatum inueniat. Iudicabo  
 (inquit S. Bernardus) mea opera, mala & bona;  
 & scrutabor vias meas, vt cum venerit Domi-  
 nus *scrutari Ierusalem in lucernis*, nihil inue-  
 niat, quod non ego scrutatus fuerim ac iudi-  
 cauerim. Scriptum est enim *non iudicabit bis*  
*in idipsum*: condemnans scilicet postea eum,  
 qui se hic condemnauerat, & pro peccatis suis  
 iustificauerat: quin magna potius fiducia dicere  
 poterit cum Davide: *efeci iudicium & iusti-*  
*tiam, non tradas me calumniantibus me.*

Hæc igitur firma fide magnum concipies  
 desiderium, sicut Iob, tuum iudicem cogno-  
 scendi, cognoscendi inquam eius bonitatem,  
 & misericordiam, liberalitatem, & benigni-  
 tatem, in recipiendis peccatoribus, cum visce-  
 ribus paternis. Hæc enim Dei cognitio ani-  
 mabit te in hoc examine, ne animo dei jciaris,  
 etiamsi multas inuenias miseras; animabit  
 quoque ad eisdem Domini præsentiam qua-  
 rendam, locumque in quo ipse habet tribu-  
 nal suum, hoc est in ipsomet corde tuo. Ibi  
 poteris illum intueri millibus Angelorum  
 circumstantum, sicut eum vidit Daniel; aut Seraphi-  
 nus, sicut vidit Isaias: & humillimè feruen-  
 terque illi supplica, vt conscientia tuæ angu-

e Iob. 35. 14.

Lib. 25. Mor.  
c. 5.

S. Bernard.  
Serm. 55. in  
Cant. & ser.  
4. de adu. t.

d Nah. 1. 9  
iuxta LXX.

e Pl. 118. 121

2.

PIRI-  
TE

los omnes illustret lucernis illis, quas adhibe-  
 bit, quando veniet, ad iudicandam Ierusa-  
 lem: ut Iunen earum tum intellectum il-  
 lustret, tum voluntatem ita inflammet, ut  
 nullum te effugiat peccatum, quod non cha-  
 ritas urat & consumat. Huiusmodi peccati-  
 ones, efficacissimæ esse solent ad propriam co-  
 gnitionem impetrandam. Nam (ut sanctus  
 Gregorius ait) *sepe melius scrutamur consci-  
 entiam nostram orando, quam inquirendo: cre-  
 enim anima in altum, cum spiritu compo-  
 sitionis plus penetrat, quod in se habet, vni-  
 teg: è de eo iudicet.*

Lib. 1. Mor.  
c. 17.

3.

Greg. 25. l.  
Mor. c. 5.

Aug. apud  
Tho. lect  
7 in 1. Cor. 11.

FORMA huius iudicij hæc erit sum-  
 tim & compendio, ut cum ingressus fueris  
 aulam tui cordis, cogitatio tua primum acci-  
 set delicta, quæ admisisisti; tua conscientia  
 stis sit, affermet que ita esse: ratio officium  
 stat iudicis, ad pœnam te damnando, quæ pro-  
 pterea es pro meritis; Timor sit tibi tanquam  
 compedes, quæ te supplicio subijciant; dolor  
 sit carnifex, qui cor tuum cruciet, & com-  
 rat; lachrymæ sint pro sanguine; & pro  
 posita efficacia satisfaciendi sint pro excu-  
 satione, donec veniat tempus illam præsta-  
 di.

Hic peractis, offer tuam sententiam ante  
 tribunal Domini, qui præsens adest, allega-  
 rationes & titulos quos habes, ut tibi parati-  
 mundet te ac sanctificet; Ipse enim dixit: *na-  
 du: me in memoriam, & iudicemur simul. na-  
 ra si quid habes, ut iustificeris. Sed quid ego po-*

1. Cor. 4. 26.

DUX S  
P. DE PON

tero pro me afferre, Deus meus, vt tuo conspectu iustificer? nolo excusationes prætere, vt culpam imminuam; sed multas rationes afferre, ad eam exaggerandam: est enim multo maior, quam mea mens assequatur. Verum quo maior est mea miseria, eò eminebit magis tua misericordia, eidem subueniendo: *propter gloriam nominis tui Domine propitiaberis peccatis meis, quæ plurima sunt, valdeque graua. Tu mihi dicis, Domine: narra, si quid habes vt iustificeris. plurima certè habeo, quæ ad hoc possum allegare: non tamen ex parte mea, sed ex parte filij tui. Allega itaque eius incarnationem, natiuitatem, vitam passionem, ac mortem, totum sanguinis eius pretium: sufficientes hæ sunt rationes, vt ego iustificer, & tu permouearis, ad me liberum pronunciandum in tuo iudicio, remunerans in peccatore pœnitentem, innocentis filij seruitiam; acceptans pœnam, quam luit filius, pro ea, quam meritus erat seruus.*

g Psal. 24. 11.

*Si hoc spiritu te reprehenderis, animamque tuam; h repleberis increpationibus, licebit tibi, cum Iob, dicere: i si vias meas in conspectu eius arguam, ipse erit saluator meus: loquetur enim ad cor tuum verba salutis, remittendo tibi tuas culpas, & eripiendo te à tuis miserijs.*

h Iob. 33. 4.  
i cap. 22. 11.PIRI  
TE



§. 2.

*Ratio spiritualiter confitendi in con-  
spectu Dei.*

**H**INC deduci potest utilis quidam mo-  
dus faciendi sub ipsa oratione, spiri-  
tualem quandam peccatorum notitiam  
confessionem, quæ vicem suppleat sacramen-  
tis, quæ id modum de comunione spirituali dis-  
ci solet, faciendo quod dixit David: *Confitebor  
aduersum me iniustitiam meam Domino. Et tu remisisti impietatem peccati me-  
i. Nam ( ut ait sanctus Augustinus ) confitendo  
vindicta diuina, vos confessio praecipit in  
manu.*

1.

**CONSTITVTVS** itaque in praesentia ho-  
ius Domini, *statuo tibi* ( ut ait Ierem. ) & con-  
fiscende *speculam, pone tibi amaritudines tuas  
coram te. & quæ hæc est specula, nisi profunde  
tui ipsius cognitio, coniuncta cognitione  
altissimi Dei tui, in cuius conspectu es constitu-  
tus? & quæ illæ sunt amaritudines, nisi culpa  
& miseria tua, quas constituere debes coram  
tuis oculis & Dei, cre cogitando sicut  
Rex Ezechias, omnes annos tuos in amaritudine  
ne animæ tuæ, easque confitendo, sicut De-  
niel, cum pudore & confusione faceret tui,  
nulla prætermissa cogitatione verbo, aut  
perere, quod non manifestes, atque si sacerdos  
confitereris: non, quod Deus illa sciat, quæ et-  
iam te tacente, omnia nouit: sed quod tu enu-*

a. sal. 37. 5.

Apud G. of.  
1. Cor. 11.

b. Iere. 31. 21.

c. Isa. 38. 15.

d. Dan. 9. 7.

belis

elcas ea exprimendo: addeque (iuxta mo-  
 dum Ecclesie in generali confessione) ter: *in ca-  
 culpa, mea culpa, mea maxima culpa*: quæ si di-  
 catur, non conijcio culpam in dæmonem, qui  
 me tentauit: neque in carnem, quæ me impulit;  
 neque in occasionem externam, quæ occurrit;  
 neque in defectum auxiliij cœlestis: sed in solâ  
 meam voluntatem, quæ acquieuit, & voluit: e-  
 go enim culpa mea consensi in malam cogita-  
 tionem; & culpa mea protuli malum verbum;  
 & maiori culpa mea malum opus commisi,  
 & statim subiunges: plura esse peccata, quæ nō  
 inuenisti, & accutabis te de ipsa radice & cau-  
 sa, cur illa sint tibi occulta: quæ sunt tres, ig-  
 norantia videlicet, obliuioque eorum, quæ te-  
 neris scire & meminisse, illusio ac deceptio  
 dæmonis, proprijque iudicij, quod cooperit vi-  
 tium pallio virtutis; & desidia incuriaque tui  
 profectus. eò quod paui faciens culpas, quæ tibi  
 videntur, quas tamen cœs Deus optime no-  
 uit, & *conditas habet in thesauris memoriae* Deut. 32. 3.  
 suæ, quas tempore suo patefaciet. Quamobrẽ  
 dixit Apost. *et si n. hil mihi conscius sum, sed nō* 1. Cor. 4. 4  
*in hoc iustificatus sum: qui quia iudicat me, Do-*  
*minus est, qui facile inueniet culpas, quas ego*  
 non assequor. O Index iustissime, & sapien-  
 tissime, coram te propono non solùm meas cul-  
 pas, quas ego inueni & agnosco; sed illas etiã,  
 quas me non agnoscente, tu nosti: quas si & ego  
 noscerem, etiam confiterer. dimitte vtrasque  
 vt mundus sim in oculis tuis, quamuis sim vi-  
 lissimus in meis.

SPIRITUS  
 SANCTUS

2.

g Psal. 50. 6.  
h Luc 15. 21.

POSTHAEC excitandus est affectus perfectæ contritionis ac doloris de ipsis peccatis & hoc est vinum compunctionis, quod in celesti cella hauritur. qui affectus excellentissimè exprimitur verbis illis Davidis: *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* quod fere est idem cum eo, quod dixit filius prodigus: *hater peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.* qui enim dicit, se peccasse sibi Deo, aut *in cœlum*, manifestè ostendit, se non tanti facere propira incommoda, aut humanos, terrenosue respectus; nec moueri timoribus inferni, aut aliarum pœnarum, aut incommodorū temporalium; nec, quod ipsum peccatum fuerit contra honorem suum aut facultates, aut contra inanes suos fines, aut contra alios homines, quibus cupiebat placere. sed quod esset contra Deum, & solum Deum. Nam respectu huius motiui, nihil curat reliqua. Incipe itaque considerare; & expendere, contra quem peccaueris; & inuenies innumera grauissimi doloris motiua, propter quod peccaueris. Peccaui, dices, contra Deum trinum & vnum; contra patrem æternum, qui me de nihilo creauit; contra Dei filium, qui suo me sanguine redemit; contra Spiritum sanctissimam Trinitatem, quæ suam mihi delicti imaginem, & in suum habitaculum elegit; peccaui contra infinitam eius bonitatem, quæ se impendit ad mihi benefaciendum; contra eius charitatē, quæ me gratis dilexit; contra misericordiam

DUX S  
P. DE PON

etiam quæ ex gratia mihi peccata remisit; contra  
 omnipotentiam, quæ me iuuat in omnibus, quæ  
 facio; & contra eius omnes perfectiones pec-  
 caui, eas conculcando, vt propriam meam se-  
 querer voluntatem: peccaui etiam contra De-  
 um, qui est meus pater, meus magister, meus pa-  
 stor, rex meus protector meus, & benefactor  
 infinitus: & contra beneficia, quæ summo  
 amore mihi contulit: & hoc nomine peccaui in  
 cœlum, quod me illuminat; in terram, quæ me  
 sustentat; in reliquas creaturas, quæ mihi mi-  
 nistrant; in Angelos, qui me custodiunt; in ani-  
 mam meam & corpus meum, quæ sunt factura  
 mei creatoris. Peccaui item in lumen ipsius ra-  
 tionis & fidei, quas conculcaui; contra gratiã  
 Dei, quam destruxi; contra dona Spiritus S. quæ  
 abieci; contra virtutes, quas aboleui aut obfus-  
 caui; sed in his omnibus tibi soli Deo meo pec-  
 caui: creaturarum enim iniuriæ redundant in  
 iniuriã Creatoris; iniuria autem Creatoris adeo  
 est infinita vt iniuria creaturæ censeatur, quasi  
 non fuerit. Sed attēde te nō solū in Deū peccas-  
 se, sed et corā Deo, & ipso aspiciente, te verò in-  
 finitam eius maiestatem contemnente; non in  
 eius absentia, sed in ipsa eius præsentia.  
 peccaui coram diuina eius sapientia, quæ me  
 aspiciebat; coram eius infinita Charitate,  
 quæ mihi indulgebat; coram summa libera-  
 litate, quæ me ditabat; & coram ipsa omni-  
 potentia, quæ me adiuuabat. O cæce, cur non attē-  
 disti contra quem, & in cuius præsentia pec-  
 cares? ò Deus æterne, iam non sum dignus  
 vocari

SPIRITUS  
 S.

vocari filius tuus, non sum dignus nomine hominis; nec ipso esse, quod habeo. Si quidem ipsum offendi, qui mihi illud dedit: erat que-  
 rissimum, ut illud auferret, antequam illud offenderem. mallem non esse, quam te offendisse; & potius vniuersi mundi, omniumque creaturarum iacturam facere vellem, quam te vel vnico peccato amplius offendere. *Parce Domine, dimitte quod feci contra te, & corra te; ut eluceat infinita bonitas & tua misericordia, condonando tantam iniuriam, meque à tanta miseria liberando.*

Hac ratione licebit multiplicare innumeros doloris affectus, discurrendo per diuinas peccatas, earum perfectiones, officia, dona; & per omnia beneficia, quæ in te contulit, & in omnes creaturas; dolendo de iniuria, quæ in horum singulis includitur.

S. 3.

*De variis affectibus, sanctoque sui-  
 ipsius odio.*

**E**X HOC dolore & tristitia secundum Deum, varij alij affectus oriuntur, quos Apostol. vocat *solicitudinem, defensionem, indignationem, timorem, desiderium, ambitionem, & vindictam: Solicitudo est in adhibendis medijs, quo ad possibile sit, ad assecutandam veniam peccatorum, cum proposito sacramentalis confessionis suo tempore instituendæ; Defensio, non qua tuam culpam, sed*

2. Cor. 7. 11

qua per honorem defendas, eius scilicet cau-  
 sam iustam pronuntiando; *Indignatio*, non  
 contra alios, sed contra teipsum, ob iniuriam  
 Creatori tuo à te illatam; *Timor* relabendi in  
 easdem culpas; *Desiderium* proficiendi in o-  
 mnibus virtutibus; *Aemulatio*, vt alios in e-  
 isdem virtutibus excellat; *Vindicta*, quam sa-  
 tis de teipso, eo quod peccaueris: satis facien-  
 do pro culpa; castigando eius autores, propri-  
 um scilicet voluntatem, appetitum, sensus, &  
 carnem: iuxta illud Dauidis: *in matutino*  
*interficebam omnes peccatores terræ, vt disper-* b Psal. 100. 8  
*derem de ciuitate Domini omnes operantes ini-*  
*quitate.* quasi diceret: in primo ortu diei,  
 & statim atque illucescit mihi lux propriæ co-  
 gnitionis, firmiter & efficaciter statuo, interfi-  
 cere ac destruere, ex terra animæ meæ, omne  
 peccatum & iniquitatem: Quod propositum  
 meum adeo est virile & efficax, vt reipsa factū  
 putem, quod propono: nullum scilicet pec-  
 catum permittere vt in me viuat. Et sicut qui  
 habitâtes in aliqua ciuitate interficiūt gladio,  
 non eo sunt contenti, quod eos interfecerint:  
 sed interfectorum corpora eijciunt è ciuitate,  
 ne suo foetore illam inficiant: Sic ego non sum  
 contentus, quod ipsa peccata interficiam, per  
 dolorem & contritionem; sed etiam pergo do-  
 nec destruiam & expellam ex anima mea, ma-  
 los habitus, vitiosas consuetudines, omnesque  
 earum reliquias: ne me inficiant, & ad noua  
 peccata prouocent. Totum enim hoc ample-  
 ctitur perfectum e *vinum compunctionis*, quo e Psal. 59. 5.

Deus

PIRI-  
TE

Deus nos potat, vt plenè purificemur. Nam  
 cut materialis vini duplex est vsus: alter pri-  
 cipalis, vt scilicet hauriatur & in stomachum  
 traiciatur: Alter ad lauandum, & confortan-  
 dum, siue ad curanda vulnera exterius; ad eum  
 modum, quo prius ille d *Samaritanus* ea cura-  
 uit, *adhibendo simul, vinum & oleum*: In  
 vinum hoc compunctionis præcipue penetra-  
 animæ interiora, affectibus & propositis fer-  
 uentibus & efficacibus; producit vero exte-  
 rius admirandos quosque effectus, satisfactio-  
 nis & pænitiæ, ad e *sanandum* & confortan-  
 dum *totum hominem*, interiorem & exteriorem  
 in suis operibus.

d Luc. 10. 34.

e Ios. 7. 21.

SE D omnes isti actus originem ducunt  
 vno, qui est valdè perfectus, Sancto scilicet  
 sui ipsius. Nam sicut perfecta Dei cognitio, nos  
 in cellam pretiosorum vinorum introdu-  
 cit, inebriat præcipue amore diuino, in quo  
 tanquam in origine reliqui affectus continen-  
 tur, ad quos felix hæc nostri ipsorum cognitio  
 impellit. Ita etiam, quando propria cognitio  
 in cælestem hanc cellam nos introducit, in-  
 ebriat sancto odio nostri ipsorum: ex quo reliqui  
 affectus oriuntur, qui ex hac luce procedunt. Et  
 iure optimo statim atq; peccatorè te agnos-  
 debes te odio habere, quatenus es auctor pecca-  
 ti; tuãq; voluntatem detestari, vt quæ suo con-  
 sensu illud admisit; tuãq; sensuãtate, quæ  
 sua cupiditate ad illud admittendū induxit. Et  
 sensus tuos, qui portas aperuerint, per quas  
 rationes aditū inuenerunt; carnè deniq; tuã, quæ  
 suis di-

uis delicijs illas fouit & aluit; Et præteritam  
 vitam malè actam; desidiosam præsentem; &  
 quicquid in te est, quod te possit in posterum di-  
 turbare. Quid est autem, odio te habere, nisi te,  
 ut hostem tuum tractare; teneriq; interno cor-  
 dis desiderio interficiendi & mortificandi in te,  
 quicquid est Deo contrarium; & concipere ef-  
 ficacissimum propositum abnegandi teipsum in  
 omnibus quæ tua volûtas inordinatè voluerit,  
 concupiuerit sensualitas, caroq; ipsa cû suis sê-  
 sibus, appetiuerit. Sed hic modus & ratio odij, po-  
 tius est amor valdè intensus: non solum Dei cu-  
 jus causa ea facis; sed etiã tui ipsius: nunquam.n.  
 tantum te amas, atq; quando te ita odisti. Ama-  
 re, n. est velle alteri benè: quando autem maius  
 bona vis tibi, quam cum in specie tibi vis ma-  
 le. Siquidè, vt ipse Saluator dixit: *f qui sic odit* Ioan. 12. 25.  
*animam suam in hoc mundo: in vitam æternam*  
*castodiet eam* Si mactas propriam tuam volun-  
 tatem, viuet in te diuina: Nam *g vi a tua in volu-* g Psal. 29. 6.  
*tate eius.* h si *carnem tuam crucifixeris cum vi-* h Galat. 5. 4  
*uis & concupiscentiis eius, viuet in te Christus*  
 cum suis virtutibus & gratijs. *O i fortis vt mors* i Cant. 1. 6.  
*electio,* quæ diligendo occidis, & occidendo di-  
 ligis; & in hoc magnam tuam fortitudinem ma-  
 nifestas, odiendo & mactando in te quicquid ei  
 displicet, quem diligis: vt vehementius illum a-  
 mes. O deus æterne, nouerim ego me, vt ode-  
 rim; oderim verò me, vt te diligam; diligã te, vt  
 me odio prosequar, eo gradu, quo tu vis: vt sum-  
 mum bonum impetrem, quod mihi  
 promitteis.

PUR-  
TE



S. 4.

De quodam alio modo nostra opera  
examinandi.

I.

**L**EVANDI fastidij causa per aliquam  
rietatem ponam hic aliam praxin ad  
priam cognitionem assequendam in  
minatione operum nostrorum, ex moralibus  
licet sensu, quem S. Gregorius posuit circa  
qua diuina scriptura refert de Gedeone, qui  
cum exuteret atque ouigaret frumentum in  
culari, ut munda secum acciperet, & fugerit  
Madian hostem suum apparuit ei Angelus  
domini, & consolatus est eum; qui cum hadum  
cessisset, ut sacrificium offerret, iussit Angelus  
re carnes & azymos panes. & ponere supra  
triam, & ius de super fundere. cumque Angelus  
Domini extendisset summitatem virga, quam  
nebat in manu & tetigisset carnes & panes  
mos, ascendit ignis de petra, & carnes azymos  
panes consumpsit. in hac iucunda Historia  
neatum perspicies quendam modum, tua  
cognoscendi & examinandi. cuius finis docet  
esse, fugere furorem Madiam, qui est  
ut si b accesserit te, ut sciretur tua, nihil  
niat quod sit eius, ex quo possit te accusare  
damnare.

Iob. 14. 30

AD ID autem faciendum, recipies te ad  
cum aliquem secretum, & ab omni strepitu  
peditum: quamuis nullus aptior sit & collu  
or ipso torculari passionis Christi, colloca  
te in Sp

in Spiritu prope crucem; & in conspectu  
Christi crucifixi, cuiq; causa cruciati: attendē-  
do, quo pacto dura illa crux, trahis instar *tor-*  
*cularis* compresserit diuinitum illum botrum, *isa. 63. 3.*  
expresseritque sanguinem ex venis eius corpo-  
ris, in pœnam tuorum peccatorum, vt eo exem-  
plote ad eorum pœnitentiam induceret. Cur  
enim non studēs tu animam tuam à vitijs pu-  
rificare, si mortem aspicias, quam tuus Salua-  
tor sustinuit, vt ab eis te liberaret? & cur non  
castiges tu carnem tuam ob eius excessus, si vi-  
des carnem Christi à trabe illa crucis fuisse op-  
pressam, quò te ab eis eriperet? Et siquidem ille  
crudelissimis cruciatibus sanguinem ex suis ve-  
nis emittere voluit: quid magnum, si tu pecca-  
torum tuorum sanguinem à te separes, lauando  
illa precioso illo sanguine, quem Christus, vt  
ea curaret, effudit?

INGREDERE itaq; torcular illud, & exa-  
minare incipe omnes cogitationes, & deside-  
ria; verba; & opera, quæ fecisti: sicut qui excutit  
& purgat triticum secernit granum à palea, &  
reus: abiecta que palea, mundum granum reti-  
net: sic tibi curandum est, omnia tua opera cog-  
noscere, & preciosum à vili, granumque virtu-  
tum à palea vitiorum; & nœuis tuarum imper-  
fectionum separare: cumq; id cognitione tan-  
tum feceris, perge etiam, vt separes affectu, de-  
stantando mala opera; & dolendo, quod ea ad-  
miseris, addito efficaci proposito ad ea non re-  
deundi sed excutiendo illa à te tanquam palea.  
quæ ad aliud non valet, quam vt ignem alat in-

PURI-  
TE

ferri aut purgatorij. Quod si bona aliqua inuenieris, retinenda sunt tibi, & approbanda gloriaque Deo reddenda, quod talia grana tibi tibi dederit ad tuam sustentationem: & maiorem animum concipies progrediendi semper in eius seruitio. Quod si feceris magno spiritu ueniet tibi (vt ait S. Gregorius) Angelus de celo, vt te comiterur, & consoletur, sicut Gedeonem. Angeli .n. accedunt inuisibiliter & Dominus Angelorum ad eos iuandos, qui serio de sui cognitione & vitæ emendatione agunt dirigendo eos in hac exercitatione, vt maiori fructu in ea pergant.

4. HINC fit, vt ijdem diuina inspiratione hoc eodem examine serio agant de sacrificiis Deo appetitionibus & perturbationibus carnis, per *hadum* significatis; & omnibus desiderijs & cogitationibus rerum delectabilium huius vitæ, per *ius*, in quo coquitur *hadus*, significatis: si .n. serio agnosceas ac detestaris multitudine tuarum culparum, statim adijcies animum, ad cognoscendas ac detestandas earum occasiones & radices: nihil permittendo in te viuere, quod te prouocet ad reciduum. Ita vt materia propriæ cognitionis, & huius examinis non sit ipsum opus malum, sed eius quoque radix, & origo tam interior, quam occasio exterior: vt offeratur Deo perfectissimum quoddam ex omnibus holocaustum.

5. SED quo igne holocaustum hoc est offerendum? non alio quam amoris Dei, igneque feruentium affectuum, qui prodeunt ex petra, quæ est Chr-

est Christus Dominus noster. Nam, exami-  
ne tuo peracto, conceptisq; desiderijs & firmo  
propósito, id totum ponendum est super hanc  
vivam petram, innitendo potius virtuti eius &  
gratiæ, quam tuæ industriæ ac diligentia. Virgâ  
quoque meditationis & considerationis, à di-  
vina omnipotentia præventæ, quæ tecum est,  
ut te adiuuet, tangenda est petra prædicta, con-  
siderando plurima, quæ ipse pro te tulit, & pas-  
sus est: dicens, ut ipse dixit *faciem suam, ut pec-*  
*tram durissimam*, quo ictus sustineret crudeliū  
hostium. Ex his considerationibus pro-  
cedunt, in virtute huius petrae affectus amoris  
& doloris adeo accensi, ut omnino exurant  
& consumant totum sacrificium, quo tuus Spi-  
ritus, & caro, omnesque tuæ potentia maneat  
totaliter sacrificata & oblata seruitio tui Crē-  
atoris.

d Isa. 50. 7.

Quid verò dicemus de animi illa fortitu-  
dine, quam recipit Spiritus ex hoc modo exa-  
minis, ad resistendum dæmonibus & omnia vi-  
tia in posterum vincenda? Videtur enim tunc  
dicere illi Deus, quod Angelus Gedeoni: *vade*  
*in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de ma-*  
*nu Madiam.* quasi diceret: ante fugiebas Madiã  
cum timore: nunc aggredieris illum cum forti-  
tudine; antea contentus eras, si te liberares à ty-  
rannide Dæmonis & peccati; nunc spiritum &  
animum tibi dabo, ut alios quoque invies, & li-  
berentur. nam qui ad eum fortem se ostendit cir-  
ca sui cognitionem, & huiusmodi holocausti  
oblatione, dignus est, quod res maiores divini ser-

PUR-  
TE



e Iud. 6. 32.

Gloss. inter  
line. 3. 16  
dorus & Ly  
24.

uitij eleuetur. In cuius testimonium mutatum  
fuit nomen c *Gedeonis* in nomen *Ierobaal*. Ge-  
deon enim significat circumuitem in vtero  
Ierobaal autem, idem est quod fortis contra  
dolum Baal. Nam qui prius tanquam infans  
midus erat, aut intra seipsum inclusus pro  
tantum profectui attendens, prodit iam cum  
magna animi fortitudine, ac destruendum De-  
monem, & peccatum, in se & vniuerso mundo.  
O Saluator dulcissime, qui postquam inclusus  
fuit in vtero Virginis Sanctissimæ, existi  
magna fortitudine ad destruendum peccatum  
& spoliandum infernum: doce quælo, me  
ligere in tua præsentia; taleq; examen me  
actionum instituerè, vt ingens amoris ignis  
cendatur, quo perfectum omnium eorum  
caustum tibi offeram.

§. 5.

*De frequentia harum examinationum.*

**V**T AD tantam perfectionem, qualem  
proposuimus, perueniatur, necesse est  
magno spiritu frequenter excessum  
propriæ cognitionis exercitium, quod esse de-  
bet tanquam panis quotidianus, de quo singulis  
diebus aliquid sumas; inferendæ tamen sume  
liquæ meditationes et ipsius diuinitatis: Non  
in omnib. occasionem inuenies ac fundamentum  
ad id instituendum. Propterea. n. dixit S. Ioba  
cum oculus meus vidit te, ipse me reprehensio  
ago panitentiam in fauilla & cinere: agnoscebo  
nihilum

a Iob 42. 5.

nilū suū & miserā. Et eā ob causam est coli. iū  
salutare, vt collecta oratione inchoetur ab ali-  
quo breui exercitio propriæ cognitionis, exa-  
minatis scilicet admittis defectibus in illa die,  
aut nocte præcedente: & humiliando te, ac de  
eisdem coram Deo accusando: Sicut insinua-  
uit Ieremias, cum dixit: *b Scrutemur vias no-*  
*stras, & leuemus corda nostra cum manibus ad*  
*Dominum in caelos.* quasi diceret: prius scrute-  
mur & culpas nostras desicemus, vt in contē-  
platione liceat affectus nostros puros ad Deum  
eleuare; & Sapiens dixit: *c Iustus prior est accu-*  
*sator sui.*

1.

b Thre. 1. 40

c Prou. 18. 17.

2.

PRAETEREA vtile valde est, quadrantem  
partem temporis in hoc exercitio singulis no-  
ctibus, antequam incumbatur, consumere: stu-  
dendo scilicet cognoscere, qualis illa die fue-  
ris, & qualia tua opera omnia in memoriam re-  
uocando, nullo prætermissio: & exigendo, vt  
ait S. Chrysostomus, à te ipso rationem, sicut  
à famulis tuis exigere consueuisti ad finem diei,  
petendo librum Dati & Accepti. Ita inquam,  
tu quoq. librum habere debes rationum, tuam  
scilicet memoriam & conscientiam, in quo sin-  
gulis noctibus legas beneficia, quæ à Deo ac-  
ceperis in illa die: & operum expensas, quæ fe-  
ceris, bene examinando, quid mali in eis fuerit:  
teque accusando, quæ acceptis beneficijs male  
responderis: tantoque feruore culpas tuas lu-  
gendo, vt rationes feliciter expediantur. Mo-  
dus hoc examen instituendi positus fuit Med.  
17. partis primæ.

Homilia id  
Psal. 1. Ira-  
scimini. &c.  
& hom. 1. in  
psal. 50.

PRI-  
TE

Nn 3

QVOD

Ad frat. de  
monte Dei  
col. 12.

Lib. 19. Mor.  
c. 16. & lib.  
18. c. 5.

4.  
In regula  
Saluatoris.

Lib. 5. e. 1. in  
manuscript.

cap. 4.

Ser. 10. & 11.

QVOD si tamen multum proficere cupas in propria cognitione, frequentius adhuc, scilicet aut ter in die hoc examen institues; sicut monuit Sanctus Bernardus, videlicet antequam incumbas, & ante prandium, & mane circa ea, quæ in nocte tibi euenerunt. Similiter qui bis terue horologii pondera trahit, ut à continuo motu non sistat. nam, si te bene cognoscas, inuenies; quod sicut pondera horologii dum mouent horologium descendunt ad terram ita ut ait S. Gregorius, continuo bonorum operum exercitio sensim vis tepidior, & pondera affectionum inclinas ad res terrenas. Quòd si necesse est, frequenter scrutari vitam tuam, & attrahere pondera ac desideria tua ad res celestes.

QVOD si maiorem perfectionem desideras, amplectere consilium, quod Christus Dominus noster dedit S. Brigittæ in quadam reuelatione dicens, ut singulis horis diei examen institueret suæ conscientie, quod exactissime seruabat Beatus Pater noster Ignatius: ita ut non liceret aliqua hora illud facere ob necessariam aliam occupationem, statim atque ab illa se expediebat sese examinaret: & cum nocte excitabatur, idem breuiter faciebat. Hoc idem suadebat Abbas Pastor, (ut refert Sanctus Ioannes Climachus) dicens proprium esse feruentium negotiatorum in tabernaculis liqua notare singulis horis, quid in eis esset factum: & Sanctus Dorotheus addit: *singulis horis, & per qualibet temporum momenta examina*

tamen operum nostrorum esse instituum:  
 tanta scilicet frequentia, vt statim repares cul-  
 pam tuam eiusque obliuionem: teque im-  
 pium semper tibi presentem habeas, vt bene  
 quis agnoscas. Propterea siquidem de d Iu-  
 do dicitur, quod *septies cadat in die, & re-*  
*urgat.* Non itaque expectat noctem, vt re-  
 surgat; sed statim atque ceciderit nec absque  
 causa dicitur (vt Sanctus Bernardus notat)  
 quod cadat non de nocte, sicut cadunt improbi  
 non agnoscentes suum lapsum, sed *in die* & in  
 lumine, aduertentes statim suam miseriam, &  
 de eius remedio solliciti. Et hoc, ait Sanctus  
 Basilius, voluisse Dauidem, cum dixit: *ei-*  
*us matutino interficiebam omnes peccatores:* Nam  
 lucem atque lucem habuit, qua in anima sua  
 peccatum aliquod deprehenderet, pœnitentiã  
 illud iugulabat, iuxta consilium Apostoli, di-  
 cētis: *sol non occidat super iracundiam ve-*  
*stram;* nec vel ad momentum patiamini, hoste  
 vestrum superuivere, qui domum vestram  
 inuasit. Nec existimes, inanem esse laborem, to-  
 ties in hac examinatione occupari. inuenies e-  
 nim, verissimum esse quod Sanctus Bernardus  
 de se dixit: *quo diligentius me ipsum examino,*  
*eo plures defectus in conscientia mea angulis re-*  
*perio.* hoc enim feruore lux crescit, quæ mihi  
 manifestat, quod antea non videbam: quan-  
 do autem culpa valde sentitur, ipsemet sensus  
 oculos aperit, ad eam melius cognoscendam ac  
 deprehendendos malos ramos, qui ab ea pro-  
 cedunt.

d Prou. 24.  
 16.  
 serm. 57. in  
 Cant.  
 in psal. 100  
 Eph. 4. 26.  
 in Med. c. 12  
 & c. 5.  
 Ex S Grego.  
 lib. 6. Mor.  
 c. 13.

PIRI-  
 TE





5.

HINC est, quod alij feruentiores non solum singulis horis, quid egerint examinant; sed in singulis actionibus suis, præcipue quæ alicui sunt momenti examinant num aliquis defectus interuenerit. Sicut murarij non differunt regulam siue amussim suam adhibere ad finem cuius nec post vnâ horam; sed cum primum laterem vel magnum quempiam lapidem collocarunt, adhibita amussi experiuntur num rectè sit collocatus, & in loco suo; & si qua defectum aduertunt mox rectificant: Sic deoret in hoc Spirituali bonorum operum ædificatio statim illa regulare, & videre num sint conformia primæ omnium regulæ, quæ est diuina voluntas: ut, quod inuenitur curuum, rectificetur, & statuatur à simili curuitate in posterum abstinere.

O DEVS æterne, qui in ipsa mundi creatione super singula tua opera reflexionem faciens, tanquam bona approbas, cum ad hoc ut illa bona essent, sufficeret, quod essent tua; doce me cognoscere & examinare mea, quibus ferè semper aliqua mala miscentur, ut meam in eis miseriam agnoscam; & ita reparem, ut *g cum tempus acceperis, ut iudices iusticias, inuenias iam iudicatas & purificatas, earumque præmium reddas.* Amen.

g Psal. 74.3.

PROPTER ea, quæ hæcenus diximus, accipias occasionem in eorum extremum intendendi, qui totam vitam consumunt in Meditationibus pœnalibus suorum peccatorum & miseriarum.

DUX SI  
T. TELPON

miseriarum, nondantes locum luci diuinarum  
miseri cordiarum, quos sanctus Bernardus  
reprehendit, monens, vt interdum auerentes  
oculos à suis culpis se in diuinis laudibus &  
gratiarum actione exerçant, cum ipse Deus  
dulci hoc h *laudum* suarum freno *infrenare*  
nos velit, *ne intereamus.*

Serm. xi. in  
Dant.

h Isa. 48. 9.

ET QUAMVIS deberemus semper  
lapsus nostros deslere, id tamen ( vt monet  
Cassianus ) non debet fieri semper euoluen-  
do foetidam vitæ nostræ præteritæ cloacam:  
ne exhalans ex ea foetor, nos inficiat : sed ob  
alios excelsiores & nobiliores respectus, qui  
dolorem afferunt sine huiusmodi animi de-  
fectione; & tristitiam cum lætitia coniun-  
ctam, ob fiduciam, quæ illam comitatur;  
& considerationem bonorum, quæ  
DEVS nobis contulit. De qui-  
bus proximo capite  
agetur.

Col. 20. 8. 9.  
& 10.

PIRI-  
TE



## CAPVT VIII.

DE PROPRIA COGNITIO-  
ne circa bona quæ habemus, per quæ a-  
scendimus ad cognitionem Dei, per he-  
roicos humilitatis & gratitudi-  
nis affectus.



a 1. Cor. 2. 12

ENIAMVS nunc ad al-  
ram propriæ cognitionis  
partem; quæ versatur circa  
bona, quæ habemus natura-  
lia vel supernaturalia; cor-  
poralia aut spiritualia: et  
quam ipsemet Deus, qui ea  
donauit, nos impellit iuxta illud Apostoli  
a Nos non spiritum huius mundi accepimus,  
qui cæcus est & fallax; sed spiritum qui ex Deo  
est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. hæc  
enim cognitio, quæ à tali spiritu procedit non potest non esse utilis: imò aliquo  
modo est necessaria, nisi enim ea cognoscere-  
mus, quomodo largitorem eorum diligere-  
mus? Quomodo gratos nos pro eis exhibere-  
mus? Quomodo studiosè conseruaremus?  
quomodo eis uteremur in obsequium eius,  
cuius illa sunt? quomodo in afflictionibus  
animique deiectionibus respiraremus; & fide-  
ciam haberemus, in rebus magni voti cōpotes  
euadendi? & quomodo Deum agnosceremus

ex do-

ex donorum experientia, quæ nobis largitur. Hæc & similia commoda nobis cessarent, nisi agnosceremus bona spiritualia, quæ habemus; cum dixerit Sapiens: *b thesaurus inuisus.* *b Eccl. 20. 22*  
*quam affert utilitatem?* aliunde verò, nisi valdè cautè in hoc agamus, periculum imminet superbiæ, vanæ gloriæ, præsumptionis & in graves errores incidendi, cum iniuria ipsius Dei, & proximorum: & cum iactura eorumdem bonorum, amissa videlicet recta eorum cognitione. Sicut ille superbus, de quo dixit Propheta *c perdidisti sapientiam tuam in decore tuo.* ad hæc incommoda aduertenda consulit S. Gregorius, ut scientes, nesciamus. *c Eccl. 28. 17*  
 Studendo scilicet cognoscere ex eis, quantum facit, ad prædictos fructus percipiendos: ex cœcando verò nos sanctè ad id, quod est prædictorum incommodorum occasio. *Lib 9. Mor. c. 13.*

AD cuius declarationem aduertendum est: propriam cognitionem circa bona nostra ad duo potissimum respicere posse: ad originem scilicet & fontem, vnde illa promanant, qui est ipse Deus; & ad alios homines, qui similia bonorum sunt participes.

ET ita duo procedunt gradus humilitatis: alter erga Deum Dominum nostrum, alter erga omnes proximos: & vterque est necessarius iuxta illud Apostoli Petri: *d omnes inuicem humilitatem insinuate, & humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in die visitationis.* *d 1. Pet. 5. 6.* Inter quos hoc interest, quod secundus impedit illa incommoda, eò quod bona sua ita agnoscat,

SPIRITUALIA

scat, vt recta æstimet ac minima: & quæ recta  
æstimamus, grati sumus Deo; quæ verò minima  
nos alijs hominibus humiliamus, vltimum in-  
ter omnes locum eligentes. de quo in 4. Tract.  
fusiùs; nunc solum ad nostrum institutum de  
prima cognitione primoque gradu humil-  
tatis dicemus, qui gradus non reputat, num,  
quæ habet bona, sint magna, vt parua; maiora,  
aut minora, quam reliquorum; sed qualicum-  
que illa sint, transit ad considerandas, & ex-  
pendendas tres veritates, quibus ille innititur.

*Prima* veritas est, quod homo ex seipso in  
nihil, nec bonum vllum habeat magnum aut  
paruum.

*Secunda*, quod quicquid boni habet, origi-  
nem habeat à Deo, auctore naturæ & gra-  
tiæ, qui ex bonitate & misericordia sua illa ei  
largitus.

*Tertia* veritas est, quod teneatur homo,  
quicquid habet, Deo reddere: gloriam scilicet  
propter illud Deo reddendo, & eidem obse-  
quium præstando. Quæ tres veritates ita sunt  
connexæ, vt vna sine altera satis expendi non  
possit.

I. **PRIMUM**, si vis te radicatus omninò cogno-  
scere: oportet benè penetrare nihilū, quod ex  
te ipso habes, in quatuor partes illud diuiden-  
do, quas licet quatuor nihila appellare.

*Primum* nihilum est in Esse, cui innituntur  
bona naturalia, quæ fundantur ex nihilo, quod  
eras antequam Deus te crearet; & in eo eisdem re-  
uertereris, nisi ipse in eo Esse, quod tibi deus  
te con-

te conseruaret. Sicut Iob dixit, quod Deus  
*appendit terram super nihilum*: quia eam ex *e Iob 26.7.*  
 nihilo condidit, & nullo alio fulcro illam su-  
 stentat, quam sua omnipotentia, qua illam te-  
 nec appensam.

2.

*Secundum* nihilum est, meritorum, cui in-  
 nituntur bona supernaturalia & gratia dona:  
 abique vllis enim tuis meritis, ex sola meraq;  
 gratia Deus incipit illa tibi communicare.  
 Propterea enim dixit Dauid *pro nihilo saluos* *f Psal 55.8.*  
*facies nos* grates scilicet & nullo à nobis ob-  
 lato precio quod vocationem & gratiam quã  
 nobis dat promereatur.

3.

Huc accedit *tertium* nihilum circa actio-  
 nes, quod valdè se extendit. Nam, vt superius  
 expendimus, sine Deo nihil sumus, ad faciēda  
 quæcūq; opera siue naturalia; siue supernatura-  
 lia, siue magna, siue parua. In hac cognitione  
 horū triū nihil, fundatur heroica humilitas ani-  
 mæ Christi D. N. eiusq; Matris sanctissimæ, An-  
 gelorum, & Sanctorum, qui non peccauerunt.

4.

SEI est *quartum* aliud nihil, scilicet pecca-  
 tum, quod S. Augustinus appellat nihilum, sic  
 intelligens quod S. Ioannes dixit: *g sine vso fad-* *g Ioan. 1.3. &*  
*itum est mihi*; culpa scilicet, siue peccatum. Et *ib. S. Aug.*  
 in huius nihili cognitione fundatur humilitas  
 sanctorum, qui fuerunt aliquando peccatores;  
 de quo hactenus diximus.

5.

IVXTA hæc quotiescunque aliquod bō-  
 num, quod habes, consideras, demittere debes  
 oculos ad illud nihilum, in quo illud bonum  
 fundatur, & in eodem nihilo teipsum fundat  
 cum

SPIRITUS  
SANTUS

cum profunda humilitate contemnendo te  
sicut ipsum nihilum, & iudicare de te quod  
non sis dignus, cuius maior ratio habeatur  
quam eius quod nunquam fuit: & quod est  
nihil. Hoc siquidem tantum habes ex te  
ipso. Dices ergo coram Deo, magno humili-  
tatis spiritu: nihil sum, nihil mereor, ni-  
hil possum, ex me ipso propendeo in ni-  
hilum, quod est peccatum, propter quod ad-  
huc me reddidi deteriorem ipso nihilo. In  
hoc mei nihili abyfso vitam & me contri-  
bo, vt fecu.iora sint mihi bona quae ha-  
buero.

2.

MOX eleuandi sunt oculi mentis ad viden-  
dum & considerandum fontem primum, ex  
quo bona omnia oriuntur: quae huic nihilo  
sunt addita. qui fons est ipse altissimus  
Deus, creator & sanctificator tuus: vt ames il-  
lum ob infinitam bonitatem & charitatem  
quam ostendit erga te, cui talia bona impet-  
titur immerito; gratiasque illi propterea ag-  
gas, & illum laudes. Ab eodem enim oritur  
principio, quod te humiliter ob defectum bo-  
norum; & quod ames laudesque benefacto-  
rem, qui illa tibi dedit: obuiantibus sibi se-  
que coniungentibus humilitate & charitate  
ad implendum quod dixit Isaias: *h mittere*  
*id, quod sa uatum fuit de domo Iuda,* (quod si-  
gnificat confessionem & laudem) *rad. em de*  
*orsum* (confitendo humiliter suum nihilum)  
& *faciet fructum sursum*, laudando scilicet  
Deum ac diligendo, ei que cum charitate fecerit

h Isa. 37. 31

DUX SI  
P. ED. PON

uendo. Et vtrumque horum praestant in oratione quando agunt de propria cognitione de qua haecenus.

Ex his fit, vt omnia haec bona sint eorum largitori reddenda, offerendo ei fructus, quos ex manu eius acceperunt. *Quis enim (ait Apostolus) plantat vineam & de fructu eius non*

3:

1. Cor. 9. 7.

da? Cum ergo Deus in medio huius mundi suaeque Ecclesiae, animae tuae vineam plantauerit, cum omnibus vitibus & palmitibus potentiarum, virtutum, ac bonorum, quae habet corporalium & Spiritualium. Aequum est, Deum ex eius fructu edere; reque omnia ea collocare & occupare in eius obsequio & ad maiorem ipsius gloriam dicere cum sponsa:

k Cant. 7. 13.

*Omnia poma vineae meae noua & cetera, natura & gratia dilecte mi, seruaui tibi: quia tua sunt potius quam mea. accipe illa ad gloriam tuam, quia illa tibi offerre magnum mihi est lucrum.*

*Omnia flumina (inquit Ecclesiastes) reuertuntur ad mare, vnde exiuerunt, vt iterum fluant:*

1 Eccl. 1. 7.

Ita omnia bona, quae habeo, exierunt ab immenso tuae diuinitatis mari: vt aequum propterea sit, ad eandem redire, vt copiosius iterum fluant, & iterum ad te reuertantur, qui principium & finis es vitae meae in quo sita est gloria mea beatitudo.

SPIRITUS



S. I.

*Declaratio praeceptorum ex oratione  
& excessu siue extasi Da-  
uidis.*

**T**RIA hæc proxime posita puncta, do-  
cuit ipsemet Deus Dauidem quæ mirri-  
cè ipse in praxin deduxit in altissima qua-  
dam contemplatione, quam appellant exce-  
sum, cuius fecimus mentionem in præcedente  
Tractatu, ad quam peruenit, postquam dicitur  
a credidi, propter quod locutus sum: ego autem  
humiliatus sum nimis: quasi diceret: multum  
in actibus fidei exercui, & in clamoribus ora-  
tionis: & in multis humiliationibus, quæ mihi  
ob mea peccata acciderunt: quas ego pro  
elegi, ut magis propter illa me humiliarem.  
Propter quod totum eleuauit me Dominus  
excessum quendam lucis & cognitionis admi-  
rabilis, ac feruentis: in quo mihi tres admi-  
das veritates manifestauit, quas eadem idem  
Dominus manifestabit tibi, si te ad eas, eiusdem  
exercitijs preparaueris, quibus Dauid:

I.

PRIMA veritas fuit illius nihili & miseræ  
quam, quod homo esset, ex seipso habebat, et  
enim Spiritui S. familiare, excessus lucis in  
inchoare à manifestatione nostrarum miser-  
tum, quodam excessu modo, quem declarauit  
ipse Dauid dicens: Ego dixi in excessu meo, mi-  
nis homo mendax: quasi diceret primum, quod  
in meo excessu cognoui, & aperte intellexi, quod

cap. 13.

1. Psal. 115. 2.

S. Dionys. e.

4. de diuin.

nomia. p. 1.

S. Thom. 2. 2.

q. 175. a. 3. ad

1. &amp; 2. q. 28

a. 3.

DUX SI  
T. TE PON

quod omnis homo, nullo excepto, ex seipso fit  
res quaedam inanis, mendax, inconstans, & mu-  
tabilis. cum enim videatur aliquid esse; & fir-  
mitatem quandam, & in suo esse stabilitatem  
pre se ferre; nihil tamen ex seipso habet, ipse  
que sibi ipsi mentitur, si aliquid se habere exi-  
stimet. Nam ut dixit Apostolus) *b si quis exi-  
stimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se sedu-  
cit.* Quia alium se existimat, quam re ipsa sit: &  
alia translatio habet (ut aduertit S. Chryso-  
stom.) *omnis homo est mendacium & nihil.* Nam  
quicquid habet fundatur in nihilo, transitque  
instar umbræ & fumi: estque *c vniuersa mun-  
ditanitas*; nihil habens soliditatis, & substā-  
tiæ; sed ex se inclinatur ad mendacium, quod  
prouenit à dæmone, qui d *cum loquitur men-  
daciū, ex proprijs loquitur.* O propheta  
sancte, attende bene quid dicas, quamque il-  
lud sit verum. Si enim omnis homo mendax,  
ergo & tu talis es, qui hæc dicis: siquidem es  
homo, quomodo ergo mendaci fidem adhibe-  
bimus, qui in hoc ipso, quod dicitur mentitur? Sed non  
sunt homo (respondebit ipse) quando hæc di-  
co, sed supra hominem; me ipsum enim exce-  
do, & in hoc excessu loquor, Deo meo con-  
iunctus, cuius luce agnosco, me ex meipso ni-  
hil esse, & mendacem; & quicquid boni habeo  
esse ab excessu diuini amoris, qui à se exiuit,  
ut mihi beneficeret, meque ex abyssu mel  
nihil educeret, bonisque me repletet, quæ  
excedunt totum quod est meum, quantum i-  
psum esse excedit non esse; quantum veritas

b. Galat. 6.3

In eundem  
Psal. 115.

c Psal. 38.6.

d Ioan. 8.44

s Greg I. 22.  
Mor. c. 20.

s. Dionys,  
supra.

Dux spirit. Tract. II. Oo exce-

PIRI  
TE

excedit mendacium, vanitatem & umbram. Deus æterne, veritas summa, tu es, qui es ita, ut non possis desinere esse: illustra me, ut agnoscam ego, me esse qui non sum; & esse nihilum ex me ipso; omnemque hominem idem habere ex se ipso. ne mihi ipsi innitar, aut brachio carnis, sed tibi Deo omnipotenti, à quo totum esse procedit, Amen.

2.

HINC eleuat spiritus divinus mentem, ut cognoscat bona, quæ Deus posuit in homine bono, & mendaci, ac inani homine: manifestans illi luce sua, quicquid boni in se videt, id non à se habere, sed à Deo: qui & ipsum esse, & quicquid cum ipso esse est, ei dedit, conferensque mendacium, quod ex se habet, cum bono, quæ à Deo accipit, exit extra se excessu quodam amoris, laudis, & gratitudinis; addens *ego dixi in excessu meo: quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi.* secundo inquam, dixi in excessu meo: *quid retribuam tibi O Deus cordis mei, qui fieri potest, ut me videas bonis plenum, sciensque te, ea non esse mea, sed tua, non te amem, laudem, ac benedicam pro illis omnibus. Quid ergo retribuam tibi pro tot beneficijs? quomodo gratias agam, quæ obsequia præbebo? excessus vnus altero excessu compensatur, tu exis à te per amorem, ut te manifestes in bono, quo me afficis, ego exhibo à me per amorem, ut tibi seruiam propter bonum, quod accipio. Magnum mysterium (ait sanctus Augustinus) latet in illo verbo *quæ retribuit mihi, siue reddidit mihi.**

In Psal. 115.

Quæ

Quæ enim obsequia ego præstiti Deo, ut mihi  
 daret ipse, quod dedit, ita ut ipsum donum  
 solutio esset aut retributio? Quid ego illi de-  
 di, nisi peccata, mendacia, & grandes offensio-  
 nes? Sed eius misericordia tanta, ut *retribuat*  
*ipse bonapro malis, cui homines retribuunt mala*  
*pro bonis*. O excessus diuinæ charitatis erga  
 homines: o excessus humanæ malitiæ aduersus  
 Deum? quæ malitia maior esse potest quàm afficere  
 iniuria eum, qui tot me cumulat bonis? & quæ cha-  
 ritatis excessus eum pertingere poterit, ut bene-  
 ficia conferat in eum, à quo accipit iniurias: o ex-  
 cessus amoris Dei mei, quod tibi dabo? quod tibi red-  
 dam bonis, quæ mihi semel & iterum conferens, natu-  
 ralia scilicet, & supernaturalia, quæ non me-  
 rebar, & quorum me indignum feci? Fateor,  
 me hoc non assequi, victasque propterea tra-  
 do manus. Te, diuine spiritus, interrogo te, sup-  
 plex oro, ut mihi dicas, quid retribuam Domi-  
 no pro his bonis, quæ video in me, sed à te tamen  
 profuxerunt in me. Ad feruentem hæc interroga-  
 tionem idem spiritus diuinus respondet, &  
 inspirat ea, quæ à nobis requirit, ut gratias  
 pro beneficijs in nos collatis agamus, exer-  
 centes in profunda hac contemplatione af-  
 fectus feruentissimos, & generosa valde pro-  
 posita, sicut Dauid exercebat, cum adiecit:  
*Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini*  
*inuocabo. Vota meo Domino reddam: et in*  
*omni populo eius.* Quis iste calix est? & quid  
 in se continet, nisi vinum illud preciosissi-  
 mum, quod deducitur ex cœlesti cella, in quâ

SPIRITUS  
SANTUS

L

Rex cœlestis suos electos introducit & quādo  
tales illis communicat excessus, hoc vino il-  
los inebriat, & extra se facit: ingenique amo-  
ris excessu totosque transfert in ipsum Deum.

e Psal. 22, 5.

Nam e *Calix meus inebrians* (vt idem Domi-  
nus ait) *praclarus est.* O dilecte cordis mei,  
quid tibi reddere potero pro bonis, quae  
me posuisti; nisi vt accipiam calicem iustiti-  
aris, preciosis amoris tui vinis plenum & ego te  
diligam ex toto corde meo; laudabo perpetuo  
sanctumque nomen tuum inuocabo: eo offero  
me ad bibendum calicem, quem Saluator me-  
bibit; & ad patiendum pro te, quod ille est pro  
me passus. accipiam calicem diuinissimi Sa-  
cramenti, quod ipse instituit in actionem gra-  
tiarum propter collata mihi beneficia: dabo  
tibi quicquid habeo: totum siquidem est tuum,  
non meum: à te accipio, quod tibi reddo: &  
quod illud minus habet, propterea quod ego  
offeram: suppleatur propterea quod tu sis, quod  
illud mihi dederis. O dilecte animæ meae, po-  
terum mihi omninò videtur, si tamen ex omni-  
bus viribus meis: quia illæ sunt valdè debiles.  
Eleva ergo me supra me, vt excedam supra  
quod possum, & augeam vires, & potestatem  
ad amandum iuxta vota mea. *Hac sunt vota  
proposita, quibus ostenditur gratitudo, propter  
bona qua nobis dat Deus: qua non sumus  
promeriti, vt supra est fu-  
sius declara-  
tum.*

§. 2.

De cognitione Dei, qua hinc eruitur.

POSTQVAM agnoueris, Dei esse omnia bona quæ habes; per eadem ascendes, ad eiusdem Domini excellentias agnoscendas. ad quod turò licebit pro argumento Meditationis accipere bona corporis & animæ, quæ cæteris quoque hominibus sunt communia. coniungendo ex eis infinita magnalia & perfectiones Creatoris ex ijs, quas in hac nobili creatura posuit, quæ ab eius omnipotentia prodijt. Propterea siquidem dixit Dauid: *mirabilis facta est scientia tua ex me*, & ijs que in me video, quæ ita tamen excellens est, ut non possim ad eam peruenire. hoc inquit S. Gregorius significat illud Ezechielis, quod in templo Dei *ostium esset contra ostium* è regione scilicet alterius, quò alterum transitum præberet ad alterum. Duæ enim sunt portæ, quibus aditus est ad perfectionem, & ad intimum vnionis diuinæ. altera est sui ipsius propriæque animæ suæ, cognitio, qua excellentias & dona naturalia, quæ accepit à suo creatore cognouit: altera est cognitio Dei, & infinitorum magnalium, quæ in ipso sunt. Prima porta siue cognitio est contra alteram, siue è regione alterius: cognitio enim sui ipsius aditum præbet ad cognitionem Dei: ut cum ingressus fueris perfectè primam portam; statim tibi

a Psal. 12.6.

Hom. 17. in Ezech.

b Ezech. 40.13

PIRI  
TE

præluceat, quod est intra secundam: videntem  
contempleris in Deo cum infinito excessu,  
quod in teipso cognoueris. Sicut anima tua  
est purus spiritus; ita Deus est spiritus purissi-  
mus absque vllius rei corporeæ aut materialis  
admixture: illa tota est in tuo corpore,  
& tota in singulis eius partibus: Deus est to-  
tus in hoc mûdo & in singulis celi & terræ re-  
gulis: anima tua, cum sit vna in toto cor-  
pore, operatur per illud res valdè diuersas  
videt enim per oculos, per aures audit, &  
operatur per reliquas potentias, & tenet  
anima tua est immortalis, independens  
corpore; quo pereunte, ipsa tamen perma-  
net.

At Deus est ipsa immortalitas, ab hoc  
niuerso & creaturis suis omnino independens  
quibus omnibus pereuntibus, ipse permanet  
absque vlla mutatione. Anima tua ita est vna  
corporis, vt sine ea sit mortuum, omninoque  
impotens ad aliquid faciendum: Deus, excelsi-  
siori quodam modo, est vita viuentium: in  
quo omnia iacerent mortua; est vita ipsius  
animæ, quæ sine illius concursu rediret in nihil  
lum. Anima tua manens in corpore, discit  
aspicitque ea, quæ sunt intra & extra se, superi-  
riora & inferiora: de quibus omnibus iudicat  
pro vt sentit. Deus autem sapientia sua in-  
tra omnia penetrat, ac de ijs ita iudicat  
denter, vt nulla ipsum latere possint. Anima  
tua rebus omnibus corporeis est superior, &  
per rationem omnibus præsidet: At Deus est  
factus

DUX SI  
P. DE PON

(sanctus Gregorius) omnibus præsidet creaturis, & mirabili alio modo est intra & extra, supra, & infra res omnes. Intra illas est, quia eas implet; extra est, quia eas circumdat; inferior, quia sustentat; superior, quia gubernat.

Quon si tanta est creaturæ unius ad eam paræ excellentia, ut comprehendi non possit: quis comprehendere sufficiat infinitam excellentiam, & maiestatem Creatoris? O Creator sapientissime, introduce me luce sapientie tuæ per portam primam, cognitionem scilicet mei ipsius: ut aditus mihi pateat ad secundam, cognitionem scilicet tuæ diuinitatis: & introduce me ad intima eius, ut interna cordis charitate tibi coniungar.

HAC EADEM ratione licebit ex bonis, quæ propria industria tibi comparasti, aut ex diuina gratia accepisti, ascendere ad cognitionem infinitarum Dei excellentiarum, ex quibus, quæ tu habes tanquam rivuli ex immenso mari prodierunt. Sed attendes, ex quocunque bono, quod in te deprehenderis quantumuis magno, debere te deducere motiua, ut crescas in propria cognitione, & heroica humilitate erga Deum tuum: *c coram quo omnes gentes quasi non sunt: & quasi nihilum, & inane reputantur.* : Isa. 40. 17

AC proinde omnia bona tua cum ipsius Dei bonis comparata sunt tanquam nihilum.

SPIRITUS



quod nihilum coniungere poteris quatuor  
illis nihilis initio huius capituli positus. cum  
cognitione anima Christi Domini nostri, &  
sanctorum, qui sunt in caelo, sunt humillima,  
etiamsi praestantiam videant bonorum, quae  
habent. Vident enim clarae bona, quae sunt  
in Deo: quorum comparatione, sua iudicantur  
esse tanquam nihilum: & aperte fatentur,  
quod scriptura dicit: solum Deum esse bonum,  
sapientem, & sanctum. O sancte sanctorum,  
& sapientum sapiens, quam est infinita  
sanctitas & sapientia tua: siquidem angelica  
& omnis humana sapientia, ad eam comparata  
est quasi non esset? Doce me agnoscere  
dona, quae mihi contulisti tali moderatione,  
neque ignorantia faciat me ingratum; neque  
cognitio tumentem & vanum. Amen.

HAEC Dei cognitio ex ea, quam de  
pernaturalibus bonis, quae in nobis sunt, habemus,  
securius & perfectius obtinetur, si  
meditemur in quarto libro scientiae mysticae,  
Ecclesia scilicet, & sanctis  
eius: de qua in proximo capite dicetur.



## CAPVT IX.

*ECCLESIAM ET EIVS SAN-  
ctos librum esse viuum, ex quo di-  
scitur scientia spiritus, & pro-  
pria, Deique co-  
gnitio.*



ICVT Deus Dominus  
noster, quæ est autor na-  
turæ scripsit manu sua li-  
brum visibilis huius vni-  
uersi, cuius characteres  
sunt omnes creaturæ in  
eos fines, quos supra in-  
dicauimus: Ita quæ est sanctificator & author  
gratiæ, scripsit alium librum intra ipsum vni-  
uersum, suam videlicet Ecclesiam, cum omnib<sup>9</sup>  
suis ornamentis in qua disci possit valdè ex-  
actè mystica scientia, & cognitio propria ac Dei.  
Si enim hanc Ecclesiam iuxta ea, quæ ex se ha-  
bet, intueamur, illa est congregatio quædam  
hominum subiectorum innumeris calamitati-  
bus, & miserijs corporis & Spiritus; & in-  
digentium multis medicamentis & antidotis  
ad illas expellendas. Sin eandem considere-  
mus iuxta ea, quæ habet à Deo, & Christo Ser-  
uatore nostro, qui eam fundauit & ex latere  
suo eduxit, est congregatio hominum admi-  
randis gratiis & virtutibus ornatorum, in qui-

SPIRITUS

1 Cant. 1.5.

bus elucet perfectiones diuina. Itaq; ipsa  
de se dicit: *nigra sum sed formosa filia Ierusa-*  
*lem: sicut tabernacula Cedar.* sicut ipsa vi-  
delicet nigredo & tristitia: sed pulchra re-  
men, *sicut pelles Salomonis* sicut ipsa videli-  
cet pax & pulchritudo. nigra propter ea, quæ  
ex me ipsa habeo, & exterius apparent iudicio  
huius sæculi: sed pulchra propter ea quæ ha-  
beo per gratiam in occulto, & in iudicio & æ-  
stimatione ipsius Dei, qui infinita sua sapientia  
magis admirabili quam fuerit Salomonis, con-  
iungere in sua Ecclesia cum tali nigre-  
dine talem pulchritudinem, vt in illa, agnos-  
cens seipsam, in humilitate fundaretur:  
hac verò, agnoscens suum benefactorem, re-  
dicaretur in charitate: diligendo eum, a  
quo ad eum fuit dilecta, vt fieret homo, & se-  
ipsum morti offerret pro illa b quam (vt  
Sanctus Apostolus ait) *ipse sibi exhiberet glori-*  
*osam, non habentem maculam, aut rugam, aut al-*  
*iquid huiusmodi, mundando eam ab omnibus*  
*maculis, quas habebat, vt sit sancta & immac-*  
*ulata.*

Eph 5.26.

QVOD si clarè vtrumque videre velis, con-  
ijce oculos in septem res admirabiles quas ha-  
bet Ecclesia instar septem foliorum huius li-  
bri.

I.

Prima res est admirabilis eius doctrina, in  
qua omnia sunt reuelata, quæ ad hominis misere-  
rias, Dei quæ & eius operum magnalia pertinet,  
quæ in sacris libris continentur.

Secunda

DUX SI  
T. DE PON

*Secunda* res est puritas diuinæ & Euangelicæ legis in omnibus eius præceptis & consilijs, cum maxima, quæ vel concipi possit, sanctitate: in qua neque admittitur, neque approbatur minimus culpæ odor, aut imperfectio: Sicut in doctrina nulla est erroris aut mendacij species.

*Tertia* est excellentia & efficacia septem eius Sacramentorum ad omne genus particularium morborum curandum & prospiciendum de omni genere gratiarum, ad exercitationem omnium virtutum.

*Quarta* res est præstantia & excellentia Sacrificiorum & oblationum eius. in vnico enim habet quicquid posset desiderare. quo offert rem optimam & efficacissimam, quam posset, ad ea quæ intendit, offerre: cui coniungitur.

*Quinta*, magna scilicet efficacia orationum, & postulationum ob infallibilia promissa DEI, quod assistet eis audiendis & expediendis.

*Sexta* est stupenda varietas graduum, officiorum, & ministeriorum, quæ conficiunt hierarchiam Ecclesiasticam ad eius conseruationem & augmentum, cum non minori connexionem & harmonia in mystico hoc corpore, quam habeant membra corporis humani.

*Septima* est omnium harum rerum, perpetuitas, & ipsius Ecclesiæ, etiamsi innumeris persecutionibus & contradictionibus oppugnetur à potestatibus huius mundi, & inferni: quæ ut hæctenus nõ potuerūt, sic nec in posterũ præua-

nalebunt

c Matt. 16. r8

ualebunt aduersus eam: quia prouidentia diuina eam defendit ac protegit.

§. 1.

*Qua ratione has septem excellentias meditemur.*

**C**VM leges aut meditaberis septem hanc Ecclesie notas & excellentias, tria pariter in omnibus & singulis erunt tibi perpendenda: extrema scilicet tua necessitas, qua illud opus habebas; beneficij magnitudo, quod tibi contulit Deus, cum eam tibi communicauit & infinita ipsius largitoris bonitas. Ex primo enim cognosces, qui tu sis; ex secundo, quomodo Deus sit erga te: qui adeo liberaliter accurret, ut tibi subueniat: ex tertio agnosces, quomodo Deus sit in seipso, à quo tantum bonum promanant: Hinc ergo agnosces tuam ignorantiam sine hac doctrina; tuam malitiam, sine hac lege: & tuas necessitates, sine his sacrificijs & orationibus, & absque huiusmodi ministris ac ministerijs, tua denique magna pericula, nisi hæc tanta bona sint tibi perpetua. Imaginare quoque, hæc omnia clamare ac dicere tibi tua illa verba, quæ omnes creaturas dicere superius attigimus: *Accipe, redde, fuge.*

1.  
2.  
**ACC**IPERE hanc doctrinam & hanc legem. **REDDE** hoc donum, ut vitam tuam illis conformes. quod nisi feceris, caue, & **FUGE** supplicium, quod tibi imminet. Accipe item sacramenta hæc & Sacrificia, & redde pro eis de-

bica

Dica seruitia, nisi magnos velis experiri cruciat-  
 tus. Accipe donum tot ministeriorum, eisque  
 vtte cum magna animi gratitudine: & fuge  
 supplicium & poenam eius, qui talentum suum  
 fodit. O anima mea, ne ad has voces absurdes-  
 cas: cum tua vita in eis audiendis consistat: mors  
 vero reiiciendis. doctrina & lex Euangelica, est  
 lex gratiæ, quam abundè communicat, vt im-  
 pleri possit, quod præcipit. Sacramenta sunt  
 auditota, quæ vitam, salutem, & virtutem,  
 quam significant, impertiunt. in statibus ac my-  
 nisterijs assistit Spiritus diuinus, auxilium præ-  
 stans, ad ea, vt oportet, præstanda: & in tribula-  
 tionibus ac periculis nunquam tibi eius prote-  
 ctio deerit, quæ te ab eis eiciat.

HINC perges perpédenda ad Dei magnalia,  
 quæ in septè his rebus resplendent. In *doctrina*  
 in fidei, quam sacra Scriptura cõtinèt, animad-  
 uertes infinitam Dei sapientiam, cognoscentis  
 præsentia, & absentia: præterita & futura, &  
 occulta cordium, quæ figuris & modis stupen-  
 dis mysteria manifestat operum suorum. In  
 Euangelica *lege* cognosces immensam bonita-  
 tem, & sanctitatem supremi huius legislatò-  
 ris ac Iesu Christi Seruatoris nostri, qui eam  
 promulgauit: & ex virtutibus suis exempla-  
 ribus, eas deduxit, quas in suis præceptis & cõ-  
 silijs commendat. In septem *Sacramentis* le-  
 gerelicer excellentissimam eius charitatem, &  
 misericordiam: qua nos regenerat, confirmat,  
 ac nutrit in esse gratiæ: nosque à peccatis om-  
 nibus, eorumque reliquijs liberat, ac remediũ

affert

PUR-  
TE

affert contra nostras concupiscentias, ordinem  
 constituit in *ministeriis* nostris in quorum va-  
 rietate ac dispositione stupenda, licebit tibi  
 altissimam eius prouidentiam legere quæ mul-  
 to amplio rem tibi admirationem afferet, quam  
 habuerit Regina Sabba, cum vidit ordinem  
 domus, familiæque Regis Salomonis. Quod  
 si efficacitatem aspicias *sacrificiorum & orati-  
 onum*, ibi leges immensam liberalitatem  
 DEI, qua diuitiarum suarum thesauros cu-  
 cunque impertit, qui est Ecclesiæ coniunctus.  
 Nam plus ipse desiderat dona sua largiri, quam  
 homines desiderant accipere. Denique in  
*perpetuitate* rei adeo fragilis, in medio totius  
 pugnationum, diuinam legere poteris omni-  
 potentiam, quæ rem tam infirmam adeo cor-  
 roborat, ut vel fortissimis resistere possit. &  
 in despectum tyrannorum & Dæmonum fir-  
 ma stat eius domus, eod quod *fundata sit super  
 viam petram*. Hæc est domus illa admirabi-  
 lis, de qua Salomon, quod *Sapientia edificauerit  
 sibi domum*, ut scilicet infinitas suas perfectio-  
 nes in hominum utilitates manifestaret. Di-  
 uina enim Sapientia proposuit in ea mensuram  
 doctrinæ; eius bonitas excidit præcipuas co-  
 lumnas præceptorum & consiliorum, quibus  
 illa innititur; eius misericordia panem posuit  
 & vinum sacramentorum, quibus nos nutrimus  
 eius liberalitas distribuit unicuique portionem  
 quam petit; eius charitas immolauit victimas  
 sacrificiorum, quibus nos sibi reconciliamus; eius  
 prouidentia distribuit mittitque ancillas suas  
 per que-

PROU. 9.1.

DUX SI  
 P. DE PON

per quarum ministeria homines vocat ad ar-  
cem, & mœnia ciuitatis, vt ipsi seruiant; omni-  
potentia sua totum ædificium sustentat ita, vt  
nunquam destruat, aut deficiat, quod in se  
continet.

QVOD si beneficij huius magnitudinem, &  
reliqua, quæ in his tribus punctis sunt dicta, cla-  
rius videre velis. conijce oculos in *arcem* illam  
quam *diuina sapientia* fabricauit, vt paucos e-  
lectos à morte, quæ per diluuium imminabat  
liberaret: extra quam nullus homo aut be-  
stia potuit vitam conseruare; sed omnes di-  
luuio perierunt: in arca tamen seruatus est  
Noë cum sua familia & animalibus, quæ eius  
industriâ & angelorum, eum adiuuantium,  
ministerio, in eam iatraverunt: ipso DEO,  
vt ait Sapiens, *per contemptibile lignum iustum*  
*gubernante.* lignum enim vocat ipsam arcam  
ex ligno fabrefactam, tum quod illud ex se ef-  
fet vile; tum quod eius temporis homines  
ipsum Noë contemnerent, & iriderent, quod  
eam arcam fabricaret, in eamque cum sua fa-  
milia ingrederetur; & quod ipsos moneret,  
quod essent, veniente diluuiio, perituri, qui ex-  
tra illam inuenirentur. Sed breui, deceptione  
propria relecta, viderunt se illusos, qui ipsum  
Noë iriserant. Nam in contemptibili hoc li-  
gno suos Deus saluauit electos, mirificè eos gu-  
bernans absque arcæ, & in ea habitantium de-  
trimento. Deducebatur arca inter scopulos &  
rupes securè; quia Deus erat eius gubernator:  
nec aquæ gutta in eâ ingrediebatur, quia ipse met

a foris

4.

Genes. 6. &  
1. Pet. 3. 20.

Sapi. 10. 4.

PIRI  
TE



a foris eam clausit; eamque ut opus erat, vni-  
 nunquam illis defuit alimentum, quia intus e-  
 rat sufficiens pro hominibus & animalibus;  
 non fuit pugna, aut discordia, quamuis im-  
 essent ferae & aues, quae sua natura erant in-  
 cem inimicæ: gubernatio enim Dei, & eius  
 Angelorum, eas continebat & ordinabat: nulli  
 ibi infirmitates, nec mors vlla toto tempore  
 quo in arca fuerunt, diuina misericordia  
 præseruante: magnus semper fuit ordo & con-  
 cordia, quia diuina sapientia assistebat cum  
 ad omnia in loco & ordine continenda, ac  
 ni que omnino integra & absque vlla corrup-  
 one tota arca perseverauit vsque ad diluui-  
 nem. O clarissima Ecclesia, quam commo-  
 tibi omnes mysticæ huius arcæ proprietates  
 adaptantur. Si enim aspicio, quod ex te  
 habes, lignum es contemptibile: ut quæ  
 composita sis ex infirmis, vilibus, corruptis  
 que subiectis hominibus; & fundata in con-  
 temptibili ligno crucis Christi, quæ *Iudæis*  
*scandalum, gentibus autem stultitia*: vtriusque  
 irridentibus fideles ad te confugientes, & per  
 Baptismi portam intrantes, ut tui fierent habi-  
 tatores. ridebant enim, cum illis prædicaretur  
 omnes, qui extra te essent, peccatorum diluui-  
 perituros, & ad infernum deuenturos; irri-  
 debant, cum diceretur, in te inuenturos vitam  
 sustentationem, pacem & requiem; extra  
 mortem, famem, bellum & tormenta. Verum  
 hoc ipsum, quod *Iudæis* erat *scandalum & gen-  
 tibus stultitia*, Electis fidelibus per tuas portas  
 ingressis

1 Cor. 10. 3.

DUX SE  
 P. DE PON

gressus fuit *Dei virtus & Dei sapientia*, quia  
 Deus ipse in se recepit, per hoc contemptibile  
 lignum eos gubernare, donec ad æternæ quie-  
 tis portum peruenirent. O arca nobilissima,  
 quam prosperè per tot scopulos, rupesque tri-  
 bulationum per tot persecutionum fluctus &  
 horrendas tribulationes nauigasti? contra te  
 insurrexerunt potestates inferni, tyranni hu-  
 jus mundi, & astutiæ carnis: sed non potue-  
 runt præualere: quia Deus est gubernator tu-  
 us, qui & clausit, & bitumine suæ protecti-  
 onis ita liniuit, vt vndique sis munita ac de-  
 fendaris. Nam quamuis oculis tuis videas di-  
 versum errorum & peccatorum, quo mundus  
 submergitur, tuisque auribus percipias strepi-  
 tum miseriarum, quæ illum conturbant: hæc  
 tamen aquæ te non ita penetrant, vt submer-  
 gant: Dominus enim omnes rimas tuas ita  
 occlusit, vt his omnibus præualeas, & ab eis-  
 dem te defendas. Intra te fames esse non po-  
 test, eo quod gubernator tuus de pane doctri-  
 næ, de aqua sapientiæ, de vino charitatis, de  
 sacramentorum nutrimento, panisque illo  
 Angelorum, qui de Cælo descendit pro mun-  
 di vita, tibi prospexerit: qui panis, quamuis  
 in multos diuidatur, unicuique tamen tantum  
 datur, quantum omnibus: nec vnquam confu-  
 ditur, quamuis semper comedatur. Et quam-  
 vis in te habitent homines, qui vel nationis vel  
 naturalis constitutionis occasione sint inuicè i-  
 nimici, si tamen secundum tuas leges vitam in-  
 stituant summa concordia, pacèque fruen-

PUR-  
TE

Isa. II. 6. & c.  
65. 25

cur : de te enim dictum est, quod *habuit  
lupus cum agno, & pardus cum hircio accu-  
bit; vitulus, & leo, & ovis simul morabu-  
tur; & puer paruulus minabit eos.* vni-  
quisque enim praelatus, etiam si condicione  
paruus & simplex : in virtute tamen Dei  
sufficiens erit ad gubernandum gregem, ca-  
ritate gratiaque adeo vnitum & concordem  
sicut prius diuisus erat, ob deprauatam in-  
nationem, prauosque mores. Non erunt  
tra te nec morbi neque mortes, si tui filij  
voluerint medicamentis præsertantibus,  
Deus prouidit, ne in eos inciderent; si  
incidissent, ab eis liberarentur. Quia  
in te est, summa concordia ordinis que con-  
stitit : quia diuina sapientia rem ita direxit  
vt alij maiores sint, alij minores; alij  
diti, alij praelati, qui illos gubernent; in-  
gulos adiuuans, vt officio suo digere  
gantur.

In e. II. Isa.

ET VT verbo concludam, cum Sancto  
ronymo dico : *quod arca in diluuiis hoc  
si praeferat in mundo.* In ea enim omnes  
re possunt : extra eam necesse est omnes  
rere ; in ea facietas esse potest. extra eam  
cessa esse famem, in ea pax esse potest, fal-  
solatium & vera requies : extra eam nihil  
le solidum esse potest, sed quasi in cortice  
perfunctorie . Felices filij Ecclesiae, qui  
lem habent matrem, talem habent guberna-  
torem & Patrem. O supreme pater, gratias  
tibi, quod me in hanc arcam induxeris, quam  
fabrica

fabricasti ad gratiæ tuæ diuitias, & infinitæ sapientiæ thesauros ostendendos: gubernamene Deus in ea ita, vt ad desideratum gloriæ portū tandem perueniam. Amen.

§. 2.

*De ratione meditando gesta Sanctorum.*

**T**RANSEAMVS nunc ad legendos viuos Ecclesiæ libros, sanctos scilicet homines, in quibus Spiritus diuinus, ipsius cooperantibus, scribit excellentias sanctitatis prædictas, imprimens in tabulis cordium eorum doctrinam fidei, viuosque virtutum characteres; charitatis legem, cum præceptis & consiliis suis; fructus Sacramentorum, & Sacrificiorum, & constantiam in laboribus, & persecutionibus. Quamobrem dicit Sanctus Gregorius: *viuam lectionem esse viam bonorum*, lectionem scilicet Sanctitatis & mediorum, quibus illa comparatur; & magnalium Dei illa inspirantis. In qua lectione, ne qua sit deceptio, est obseruandum, tria rerum genera in his libris considerari posse, tanquam tria genera characterum: quosdam enim ipsi Sancti scripserunt proprijs tantum manibus; alios manu Dei adiuti, alios denique DEVS ipse sine ipsis sculpsit, vt iam explicabitur.

Lib. 24. Mor cap. 6.

*Prima Consideratio.*

**P**RIMUM aliqui Sanctorum, quoniam natura sua filij fuerunt Adami terreni,

PIRI  
TE

i.

imitati parentem ; scripserunt in libro suorum conscientiarum graui aliqua peccata propria sua manu tantum : peccare enim nostrum est tantum ) quæ peccata in duobus temporibus scripserunt. *Primum* fuit ante suam conuersionem : in quo laxissimè vixerunt, sicut Maria Magdalena, Matthæus, Saulus & similes, qui in primis librorum suorum scripserunt characteres culparum carbone nigriorum inscripserunt, vt aliqui eorum facti sint, eas cedere a arenas maris, b & capillos camelis. Sed huiusmodi characteres non perierunt libro inscripti : quia eos peccatorum deleuerunt; licet non ipsi soli sed manus principie DEI potens, ob IESU CHRISTI sui merita, manifestans infinitam misericordiam suam in hoc, quod in charta adeo reculata superscribere voluerit illustrationis inspirationes suas cœlestes, gratiamque reuersionis efficacissimum, qua illos permonuit suas culpas defendas ; quas ipse ex eorum nimis ita deleuit, vt nec vestigium reliquerit : sed aded purus & immaculatus liber manserit, atque si tales maculas iniquitatis habuisset. c Ego (inquit ipse Dominus) deleui, vt nubem iniquitates tuas ; & quæ bulam peccata tua. Nam sicut nubes ac nebulæ videntur esse quædam maculæ ipsius sed calore solis ita dissoluntur, vt nullius vestigium maneat. Sic (inquit) deleui ego iniquitates, & peccata tua, & iterum dixit sū, ego sū ipse, qui deleui iniquitates tuas.

a In orat. Mass.

b Psal. 39. 13.

c Isai. 44. 22.

d Isa. 43. 25.

me, & gloriam nominis mei, nec peccatorum  
tuorum recordabor amplius, vt ulciscar de e-  
is. Quod totum sapientia diuina disposuit, vt  
in eodem libro, eodemque eius folio legere  
posses, & cognoscere, quis homo sit, & quis  
DEVS; qualis homo fuerit contra DEVM,  
qualisque DEVS erga hominem: & in hoc  
homine te ipsum agnosces, attendens, quid ex  
te ipso habeas; & in eodem agnosces ipsum  
DEVM videns quantum ipsius gratia valeas  
obtinere. Primum impellet te ad humilita-  
tem & timorem; secundum & amorem & fi-  
delitatem: Vtrumque verò ad insignem pudorem  
& contritionem. Vis nosse quid sis ex cor-  
rupta tua natura peruersaque libertate? aspice  
quam fuerit carnalis Magdalena, ante suam cõ-  
uersionem? quam cupidus Matthæus? quam  
superbus feroxque Saulus; Nam quales illi  
fuerunt, es tu; multoque peior esses, si à Deo  
relinquereris. Siquidem (teste Sancto Au-  
gustino) nullum est peccatum, quod faciat a-  
liquis homo, quod non possit alius homo face-  
re. Vis statim cognoscere, quis sit Deus erga te;  
aspice, quid cum eisdem fecerit, & quæ bona e-  
isdem communicauerit: & intellige, eius  
bonitatem & omnipotentiam non esse immi-  
tutam, sed promptam esse, vt tibi sicut illis fa-  
ceat, & vt dixit Sanctus Paulinus. *ostendit in  
scriptis, quod omnibus, si velint profit.* Aperi ita-  
que animæ tuæ aures, cum legere incipis vitas  
Sanctorum, audi que breuissimam sed  
alacerrimam lectionem, quam Christus Domi-

In solilo-  
quio c. 15.

Refert Bel-  
larm. tomo.  
3. lib. de gra-  
tia. c. 5.

PIRI  
TE

e Act. 9. 5.

nus noster Saulo prælegit, cum dixit: *Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris*: quia illi dixerit, Saule agnosce te ipsum, & agnosce me. agnosce, te esse persecutorem illius, qui te vult saluare: me verò Saluatorem eius, qui te persequitur. Quo peruenire potuit ultra tuam malitia, quam peruenit; persequendo misericordem adeo Seruatorē? & in quo potuit manifestari magis mea misericordia, quam in peccatore adeo miserabili, ad mentem & famam reducendo. Aspice anima mea, vtramque effigiem: alteram infinitæ miseriz & alteram infinitæ misericordiz. in prima agnosce te tu sis, vt odio te habeas; in secunda agnosce quis sit Deus, vt illum diligas.

2.

Vt autem in vtraque cognitione proficiat & crescas: aspice statim peccata, quæ a sancto in libro suo scripserunt, post suam conversionem, & postquam agnouerunt & mutum cum Deo egerunt, qualis fuit Moysis incredulitas, Dauidis adulterium, Petri negatio, & alia similia, qui nigros hosce chartæ folios & per se scripserunt, quos etiam leuerunt, non tamen soli, sed magnis Dei auxilijs illos præuenientis, & adiuuantis, ad eorum maris lacrymis & grauibus pœnitentijs deducendos: vt & tu etiam in hoc libro legas, clarè que cognoscas, quis homo sit aduersus Deum, & quid Deus erga hominem; quàm infidelis, ingratus, inconstans, & mutabilis homo in obsequio: quàm verò fidelis, constansque Deus in benefaciendo misero homini? Ex primo

scet

ces tuam infirmitatem vereri: præteritæ san-  
ctitati non fidere; nec securum te putare ob ac-  
ceptos prius fauores; nec multum tibi propter  
contributionem: Ex secundo verò disces, non de-  
sperare de misericordia diuina, si contingat te  
labi; & sperare, quod ex tuis malis Deus elici-  
at bona; & ubi creuit culpa, cresciturâ & gra-  
tiam, vt sic manifestetur diuina bonitas & om-  
nipotentia. O Deus omnipotens, qui deles in  
tuis electis peccata, sicut nubes; vt claros illos  
serenosq; relinquis, in quibus habites postea  
per tuam gratiam: dele in me, quæso, quicquid  
mali ego feci, vt anima mea sit tanquam coelû,  
quod enarret gloriam tuam, propter bona, quæ  
a te accepit. Amen.

*Secunda Consideratio.*

**P**ROGREDIERIS statim ad legendû cû  
longiori mora admirandos characteres,  
quos scripserunt sancti in libris suarum  
conscientiarum, propria quidem manu, & in-  
dustria, sed præueniente tamen & adiuuante  
gratia. Deus enim a dedit legem suam in visceri-  
bus eorum & in cordibus eorum scripsit eam. i-  
psi verò, eodem adiuuante, eandem recepe-  
runt, & ea perfectione b scripserunt qua scri-  
pta erat in tabulis lapideis, & in libris ipsis scri-  
pturæ S. ita, vt si oculos haberes ad vtrumque  
hunc librum legendum, stupendam deprehēde-  
res similitudinem inter illos: eò quod valde ad-  
mirum descriptæ sint in altero virtutes, quas  
alter commendat: aut dic mihi, quid aliud fuit

a Ierem. 31. 33  
a Hebr. 10. 16  
b Prou. 3. 3. &  
c. 7. 3.



conscientia magni illius sancti Abrahami, natus liber quidam, in quo Deus scripsit id quod est fidei perfectissimum; spei valde arduum; supremum obedientiae; & excellentissimum resignationis & charitatis? Et quamvis Deus velociori manu legem suam scriberet in corde sanctissimi viri; ipse tamen exactissime & velocissime ipsum sequebatur: scribens manu sua simul cum Deo clarissimas harum virtutum actiones. obedit ad nutum vocationi diuinae, exit ex terra sua, & cognatione sua peregrinatur per multas prouincias, *contra spem sperem credit*, praeprarat se ad offerendum proprium filium Isaac, *dextendit manum arripit gladium, vt immolaret filium suum quem diligebat*: & in omnibus studet esse perfectus, *ambulando coram Deo*: & familiarissime cum eo agendo. Quid verò dicam de S. Iob, cuius fuit admirabilis quidam liber, in quo scripta erant illustrissima opera religionis versus Deum, zeli versus filios suos, misericordiae erga pauperes, iustitiae erga ciues & seruos suos, patientiae in aduersis, tolerantiae in iniurijs, puritatis & sanctitatis in cogitationibus & verbis: hic erat liber, quem ipsemet scribi cupiebat cum dixit: *quis mihi tribuat, vt librum scribat ipse qui iudicat: vt in humero meo portem illum, & circumdem illum quasi coronam mihi, per singulos gradus meos pronunciet mihi; & quasi principi offeram eum.* Erat autem hic liber, quem S. Iob desiderabat, sententia quaedam definitiua Dei Iudicis victorum atque

c Rom. 4. 18.

d Genes. 22.

10.

e Gen. 17. 1.

f Iob. 31. 35. 1.

atque mortuorum scriptis mandata, in qua  
 referrentur ipsius Iob opera, labores, calami-  
 tates & calumniae, quas eius aduersarij ipsi  
 obiecerunt; & responsa illius ad illas: & cir-  
 ca hæc omnia in fine libri iustissimam ipse su-  
 premus iudex sententiam ferret: qua quic-  
 quid gestum fuisset approbaret: sicut re ipsa  
 fecit. Sed & talis liber est quæcunque scri-  
 ptura, quæ refert vitas sanctorum: in qua, Dei  
 spiritu, referuntur persecutiones, quas pertu-  
 lerunt; tentationes quas vicerunt; & insignia  
 opera, quæ præstiterunt: eorum poenitentia,  
 ieiunia, prolixa vigilia, & orationes; elee-  
 mosynæ & opera misericordiæ, & charitatis  
 erga proximos; & heroica alia facinora, qui-  
 bus seipsum excelluerunt, & ipsam humanam  
 naturam ob diuinæ gratiæ abundantiam, quæ  
 illis assistebat, eosque iuuabat. Quod totum  
 approbavit Deus, & bonum esse ostendit, e-  
 ditis multis signis ac miraculis per eos, & fa-  
 uoribus extraordinarijs, quibus eos profe-  
 quebatur, in testimonium sui erga illos amo-  
 ris. In his libris vult idem Dominus te fre-  
 quenter legere, meditando & ruminando o-  
 mnia, quæ in illis scripta sunt. Nec tamen  
 vult te hic solo esse contentum: sed vt eos  
 ponas super tuos humeros, subiens onera di-  
 uinæ legis, quæ sancti tulerunt; & pondus la-  
 borum, quos ipsi magno spiritu & feruore  
 subierunt; moxque liber ille tanquam corona  
 super caput, tuum est collocandus, vt pugnes  
 viriliter ad imitationem sanctorum, ea spe,

SPIRITUS  
SANTUS

quod sis coronandus ab ipso Deo, sicut & illi fuerunt, magnificiendo sanctitatem, tanquam coronam, præferendo eam omnibus, quæ in hac vita desiderare, aut quærere possis ad singulos passus, ad singulos gradus, quos ascendes, hunc librum pronuntiabis, utendo, & adhibendo exempla Sanctorum, ut ambulare possis, & in virtutibus crescere, sicut illi fecerunt, ac denique eundem librum offeres principi cæli, accipiens in tuis manibus eius opera, ut ea imiteris.

Hoc itaque modo legendi tibi sunt celestes hi libri, qui clarissima sunt specula, in quibus cognoscere possis te ipsum, Deum, & Christum, tuum Salvatorem.

I. Si enim aspexeris, quid Sancti fecerint, deprehendes, malum, quod tu facis; & bonum, quod facere negligis; debilem tuam virtutem, & exiguos in ea progressus. *Offēde* (inquit *DEVS*

*g* *Ezec. 43. 10* *Ezechiel) g domui israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus, qua fecerunt.*

*Lib. 24. mor. c. 9.* quodnam hoc templum est, ait S. Gregorius, nisi vita Sanctorum, qui nos præcesserunt, fueruntque templum Dei viui; quod templum si aspicias, eiusque fabricam consideratione metiaris, perpendens ac ruminans, quid illi fecerint, confunderis, & erubesces ex ijs, quæ tu facis. Et intues clarissimos hos viros, dices quod

*h* *Iob. 33. 27.* scriptum est apud Iob *h respiciet homines, & dicet. peccavi, & verè deliqui; & vti etiam dignus, non recepi.*

Ex eisdem libris disces cognitionē Dei, qui  
 est *mirabilis in sanctis suis*, & in eis manifestat  
 infinitam suam charitatem, & bonitatem, &  
 admirabilium suarum perfectionum excellē-  
 tiam. & sicut videmus sæpè solem in pulchri-  
 tudine nubium & in splendore montium, iu-  
 tra illud Daudis: *i illuminans tu mirabiliter*  
*montibus aternis*. Ita (ait S. Greg.) in illustrib.  
 Sanctorum exemplis aduertimus pulchritu-  
 dinem ipsius Creatoris, qui aded illos fecit ex-  
 cellentes, ac perfectos.

3.

Psal. 67. 36

i Psal. 75. 5.  
Lib. 27. Mo.  
c. 5.

3.

Si nō distinctius in eisdem cognosces solem  
 iustitiæ Iesum Christum, cuius viuæ imagines  
 fuerunt Sancti, qui apertum coram se habue-  
 runt *librum vitæ* huius Agni, de quo paulò  
 post dicemus: in quo legerūt ac meditati sunt  
 describendo illum in seipsis: quem & posuerūt  
 super humeros suos, portantes iugum & onus  
 crucis eius; & eodem seipso coronarunt, præ-  
 ferentes eum omnibus reb<sup>9</sup> creatis; ac pronū-  
 ciantes illum ad singulos passus; imitantes he-  
 roicas eius virtutes. & ex ijs, quas ipsi Sancti  
 exercuerūt, clare perspicies, quam fuerint ex-  
 cellentiores illæ, quæ in diuino hoc libro sunt  
 scriptæ: scriptus siquidem fuit, vt esset earum  
 exemplar in toto mundo. O Pater æterne,  
 hunc Principis filij tui librū tibi offero, cū in-  
 finitis rationibus ac titulis, qui sunt in eo, vt  
 me exaudias. Concede mihi, vt opera mea, i-  
 psius operib, conformem: vt in die nouissimo,  
 quādo libri oēs aperientur, liber meæ consciē-  
 tiæ similis inueniatur libro eius vitæ. Amen.

Tertia

SPIRITUS

*Tertia consideratio.*

**V**LTIMò legēdq̄ sunt in his libris res illæ, quas ipsemet Deus manu sua scripsit ultra vires & industrias ipsorum sanctorum Prætereo illas admirabiles, quas erga eos fecit, præueniendo eos ante omnia eorum merita, vt conuerterentur & ad ipsius obsequium accederent: de quocunque enim veniente ad Christum, ait sanctus Augustinus, quod *trahatur miris modis*, quamuis oculis & stupendis funiculis, catenisque beneficiorum, & internis externisque vocibus, donec consentientes accedant. Venio itaque ad ea, quæ ipsemet Dominus operatus est in Sanctis suis, ad eorum seruitia remuneranda, & ad eos inducendos ad profectum in eis. Quis autem explicare poterit fauores, quibus eos est profectus? contemplationis amplitudinem, deuotionis teneritatem, & lacrymas, delicias, iubilos, solatia excellentia, reuelationes, prophetias, gratias miraculorum, & clarissima alia beneficia, quæ manifestabant infinitam charitatem & omnipotentiam Domini illa largientis, & scribentis horum librorum sententias, characteribus aureis, & quidem pulcherrimè illuminatis, vt nos alliceret, & in eis legendis, meditandis, ac imitandis oblectaret; transferendo in animas nostras, non ipsas illuminationes, sed sententias vt virtutes imitemur; miracula verò, De-

Lib. cont. 2.  
epist. Pelag.  
c. 19.

DUX SE  
F. DE PON

que fauores admiraremur. Quamuis ipsæ virtutes non fuerint minus admirabiles, vtque in suo genere fuerint etiã prodigiosæ. Vt autem aliquid horum distinctius perspicias, conijce oculos in prodigiosam illam a mulierem, quam vidit sanctus Ioannes in cælo a-  
*mittam Sole & Luna sub pedibus eius, & in ca-  
 nite eius corona stellarum duodecim.* Quæ e-  
 ret figura Ecclesiæ, quatenus sanctorum & perfectorum congregationem complectitur, quorum vitæ sunt veluti prodigium & miraculum diuinæ omnipotentiae. Quis enim alius, nisi Deus, dare potuisset huic mulieri excelsum adeo locum, atque est cælum: adeoq; splendens indumentum, atque est Sol fundamentum adeo solidum & elegans, atque est Luna: & coronam adeo gloriosam qualis est duodecim stellarum? Deus est, qui sanctos suos extollit ad id, quod est in actiua & contemplatiua vita altissimum, separando eos à rebus terrenis, vt suas cogitationes affectiones collocent in rebus cœlestibus: ille induit illos sole iustitiæ, vniendo sibi illos per cognitionem & amorem, in magna vitæ similitudine. Ipse eos fundat super magnam & perfectam puritatem, quam significat Luna plena, quæ obscuritates omnes, quas habebat, abiecit, ipse denique coronat eos, omnium virtutum splendore, quæ stellarum instar, partem eius animæ superiorem exornant. Quicquid itaq; Deus pretiosum habet in cælo, totum collocat in suis electis exornandis; estque adeo admiran-

à Apoc. 12. 1.

TRI  
FE

b Cant. 6. 9.

mirandum illud ornamentum, vt ipsi Angeli  
obstupescant dicentes: b *Qua est ista, qua pre-  
greditur, quasi aurora consurgens; pulchra, vt  
Luna: electa, vt Sol; terribilis, vt castrorum acies  
ordinata?* O DEVS æterne, qui tam es admi-

c Ephes. 1. 4

rabilis in Sanctis tuis, quos c *elegisti*: non quod  
ipsi, Sancti essent; sed, vt *essent sancti & immacu-  
lari in conspectu tuo*. præueniat me copiosa  
gratia tua, vt ei cooperando sanctorum vita  
ita mediter, vt etiam imiter; & comiter in lo-  
co, vestimento, fundamento, & corona. A-  
men.

§. 3.

*De excellentijs Virginis sanctis-  
sima.*

**N**ON decet silentio præterire optimi  
librum, quem habet Christus D.N. in-  
ter Sanctos Ecclesiæ suæ, sacratissimum  
scilicet Virginem Matrem suam, præsignatam  
speciali quadam excellentia per prodigiosam  
illam mulierem, de qua proximè dicebamus  
cuius vitam par est meditari te, ad Dei magna-  
lia cognoscenda; eamque accipere tãquam ex-  
emplar vitæ tuæ, in ijs in quibus imitari eam  
licet, perpendendo distinctè quatuor illas ex-  
cellentias, quas ornatus eius, quem audisti  
tibi ob oculos proponit. in quo reliquos Sanctos  
incomparabiliter excedit: qui quod fuerint  
in peccato cõcepti, cor habuerunt aliquo  
tempore in terram deiectum, manseruntque  
nudi à vestimento illo Solis iustitiæ, & eius  
gratiæ.

DUX SE  
P. DE PON

gratia: qui vitam suam inceperunt à vita purgatiua pedetentim se purificantes à culpis suis ad eum modum, quo Luna in suo cremento paulatim dimittit tenebras, donec veniat ad plenitudinem lucis. Quamuis enim habuerint omnes virtutes, non tamen singuli fuerunt in omnibus insignes: sed hi in vna, illi in alia; vnoquoque se aliqua coronante: At Virgo sanctissima ab instanti suæ conceptionis filia fuit lucis, absque vlla admixtione tenebrarum; cœlumque clarum ab splendore gratiæ, & altitudine vitæ, qua semper erat à terra eleuata, ita vt nunquam eius cor, rei alicui terrenæ adheresceret; vt que omnes suas cogitationes ac desideria fixa haberet in cœlo, in quo totum suum habebat thesaurum.

1.

SEMPER fuit ex omni parte amicta Sole iustitiæ, vnitione quadam charitatis ad eum accessit, & similitudine ad eum perfecta. vt tota appareret Sol quidam diuinitatis; eiusque exemplar ad eum ad viuum, vt magnus ille Dionysius Areopagita fuisse deceptus, cogitans eam esse Deum, nisi naturale & fidei lumen, deceptionem illam retexisset. Ex quo fit, vt nulla pura creatura, tam distinctè nobis aperiat Dei excellentias, atque hæc Virgo sanctissima, ob admirandam similitudinem, quam cum illo habet. Quare sicut dicit Dauid, quod a Deo in Sole posuerit tabernaculum suum ad significandum, (vt ait S. Thomas) quod quærens perfectam Creatoris & perfectionum eius cognitionem inuenturus sit eam, cōtēplando eas, quæ sunt Solis, in quo

2.

Refert Dionysius Carrhus in c. 4. de diuin. nomin.

2 Psal. 118. 6

TRI  
FE



in quo valdè ad viuum illæ repræsentatur, & similiter, ait idem Sanctus, posuisse Deum tabernaculum suum in Sole sanctissimæ Virginis, cuius heroicas virtutes meditantes, perlectam inueniemus ipsius Dei cognitionem, quæ auctòr est gratiæ, Quamobrem dixit S. Petrus Chrysologus: eum nescire, quam magnus sit Deus, qui non nouerit animam sacratissimæ Virginis, nec spiritum eius admiretur, in quo Deus adeò se admirabilem ostendit, vt per excellentiam, illa appellatur *electa vt Sol* cuius quo singularem habet similitudinem. Nam reliquos Sanctos excellit, (teste Perro Damasceno) sicut Sol reliqua excellit astra, in eius præsentia videntur non esse, ob excessum eius supra illa.

3.

EX quo fit, vt ista virgo sanctissima semper fuerit supra puritatem & pulchritudinem plenæ lunæ fundata, incipiens vitam suam eo puritatis gradu, quem reliqui sancti in fine vitæ suæ obtinuerunt, fruendo ex privilegio singulari in terra, ea puritate, quam habent qui sunt in coelo, vt potè quæ nullum vnquam habuerit peccatum, nec originale, nec actuale, nec imperfectionis alicuius vestigium, nec aliquam inconstantiam, quæ plenitudinem lucis & splendoris eius imminueret, iuxta illud quod scriptum est, quod b Thronus Christi mater scilicet eius sanctissima (vt interpretatur S. Ioannes Damascenus) esset sicut sol in conspectu Dei, & sicut lana perfecta in aspectu eius, imitata scilicet solis magnitudinem

perle-

serm. 140.

serm. de  
Assumpto

psal. 88. 36.

Lib. 4. fidei.  
c. 15.DUX SE  
P. DE PON

perfectæque lunæ pulchritudinem, & vtrumque in æternum.

HINC etiam ortum est, vt stellis duodecim esset coronata, quæ significant totam multitudinem virtutum; & Sanctorum, qui in eis eluxerunt. Ipsa enim Virgo singulari eminentia in omnibus resplendit, ad supremum singularum gradum perueniens, vt ceteri omnes ab ea illas discerent. Quamobrem non solum duodecim Apostoli; sed omnes quoque Martyres, Doctores, & Virgines, ac reliqui sancti eorum successores, sunt huius Domine corona bonus siquidem discipulus (teste Apolo) corona est sui magistri. illa autem fuit omnium Magistra, quæ suis exemplis & orationibus iuuat illos, vt sancti essent. O Virgo clarissima, Sanctorum Sancta, & miraculum miraculorum, ac prodigiorum mundi, fac me stellam aliquam capitis tui: docens me ita vitam tuam meditari, vt meam cum illa conformem.

4.

e phil. 4. 1<sup>o</sup>

§. 4.

*Quod Sanctorum exempla doceant nos modum vtiliter orandi.*

EX prædictis omnibus deducitur, quod ad perfectè discendam Spiritus scientiam, de qua agimus, sit medium valdè efficax, aspiciere in libris viuis Sanctorum, modum orandi & meditandi, quo illi sunt vsi; si ingenè statuamus, eorum exempla imitari. per eos enim solet Deus stupendas facere muta-

Dux spirit. Tract. II. Qq tiones:

IRI  
TE

a Isai. 59. 1.

b Leuit. 11.

44 &amp; c. 19. 2

c 1. Reg. 10. 5

I.  
Lib. 4. in  
c. Reg. c. 4

d Cant. 4. 6.

tionones: infirmos animando, vt ad sanctitatem  
& perfectionem eorum adspirent, & vero etiam  
perueniant: siquidem a *manus Domini* (vt  
ait Isaias) *non est abbreviata*, vt saluare ne-  
queat, & nos Sanctos efficere: qui omnes ex-  
hortatur, vt tales sint, cum dicit: *b sancti estis  
te, quia ego sanctus sum*. Vt vero animum re-  
mas ad tantam perfectionem, modum que re-  
neas, quo eam assequaris, memor esto my-  
sticæ illius mutationis, quam Samuel Sauli per-  
dixit his verbis: *c venes in collem Dei, vbi  
statio Phylistinorum: & cum ingressus fueris  
ibi urbem, obuium habebis gregem propheta-  
descendentium de excelsis, & ante eos psal-  
terium, & tympanum & tibiam & citharam,  
psosq; prophetantes: Et insiliet in te spiritus Do-  
mini, & prophetabis cum eis; & mutaberis in  
virum alium*. Quod totum ita illi euenit, vt  
videntes, præ admiratione dicerent ad inuicem  
*quanam res accidit filio Cis? num & Saul inter  
prophetas?* in quo euentu adumbrata mirabilia  
inuenies spiritualia Sanctorum exercitia, & de-  
mirandos effectus, quos eorum exempla efficiunt.  
In primis enim student, frequentis sime accen-  
cupatur in lectione ac meditatione mysterio-  
rum, quæ sunt in diuina scriptura, & ab eo coeli  
(qui etiam *d thuris* appellatur) feruentes iu-  
orationes dirigunt in cælum. Et in hoc atque  
seipos inuicem comitantur, sicut in descensu  
inuicem se suis exemplis iuuent, & ad feruorem  
in suis exercitijs prouocent: ad eum modum, quo

seraphin clamabant alter ad alterū: & f san  
 a quatuor animalia, alis suis inuicē percutie  
 bant, quasi seipsa incitarent ad exercitia diui  
 narum laudum; & ad volatum spiritus, vt my  
 steria diuina contēplarentur. Et quoniā in hoc  
 colle statio est Phylistin orū, eō quod plurimi  
 sint hostes oppugnantes orationem, & contē  
 plationem, Sancti se mutud iuuant, vt illis re  
 sistentes, in sanctis suis exercitijs perseuerent.

SV PRA hunc collem constituti sancti in  
 sua meditatione, quatuor internē exercent af  
 factuum & valdē efficacium propositōrū ge  
 nera, tanquam quatuor musica instrumenta  
 pulsantes non terrena sed coelestia: quia Scri  
 ptura vocat psalterium, tympanum, tibia, &  
 citharam. Primi affectus sunt doloris & con  
 tritionis, quasi tibia inflantes, quarum vsus  
 olim erat in exequijs defunctorum: lugent. n.  
 ob sua & proximorum, qui vita gratiæ priuari  
 sint, peccata. Hos affectus sequuntur proposi  
 ta mortificationis, quę per tympana, ex anima  
 rum pellibus exsiccatis, fortiter q; tractis cō  
 secta significantur: quia decreuerunt car  
 nem castigare ac domare, vt trahatur ultra, id  
 quod ipsa veller; & seipsu m dedat subijciatq;  
 spiritui. Exercent deinde feruentia obe  
 dientiæ desideria, pulsantes psalterium de  
 cem chordarum, cum eo animi firmo de  
 creto, vt perfectē impleant decem legis man  
 data, reliquaque pręcepta, & consilia, quę ad  
 ipsius statum pertinent. Ac denique citharas  
 pulsant cum iubilo & cordis exultatione,

e Isa. 7. 3.  
 f. zec. 1. 24.  
 S. Greg. l. 24.  
 Mor. c. 6.

Ex S Greg.

TRI  
 FE



ob ea beneficia, quæ à Deo accipiunt, & in posterum accipere sperant.

3.

ET vt horum animi propositorum efficacitas magis appareat, quoniam non semper possunt in alto eius collis hære, nec in sua collectione semper esse: cum inde descendunt prodeuntque in publicum, portant secum eadem instrumenta in manibus, magna in cultu ea pulsantes, exercentes videlicet magno studio, quod facere proposuerunt. prodeunt verò etiam prophetantes, verbis scilicet & operibus laudantes Deum; eius magnalia predicantes exemploque suo ostendentes, quæ sint contemnenda temporalia, & æterna querenda, quæ retro sunt, obliuioni tradenda; & ad ea, quæ sunt ante, aspirandum. Hæc enim utilissima est, & utilissima propheta, quæ dicitur in colle orationis & meditationis.

O FELIX contemplatio, quæ ad tantam leuam altitudinem? ò musica paradisi? ò celestis cantus, Deo gratus, Angelis admirabilis, & Ecclesiæ utilis, iustis iucundus, sanctis stupendus, & potens ad corda omnium mutanda? ò felices propheta in huiusmodi exercitijs occupati? ò quam est suavis musica vestra obedientiæ, & mortificationis, in qua terro concordat cum spiritu, & humana voluntas cum diuina? ò quam sunt dulces vestrae lacrymæ? quam amabile vestrum gaudium, & vestrum exemplum ad corda mutanda potens? suauitate enim vestrae musicæ malignos spiritus terretis, diuinum verò spiritum e caelo

DUX SP  
P. DE PONT

trahitis, qui corda mutat ex terrenis in coelestia, faciatque illa vobis similia.

QVEM AD MODVM enim, cū primum vidit Saul prophetas prædictos, spiritus Dei venit super eum, mutauitque virum in alterum illis similem: Ita licet sis improbus, durus, aut valde remissus, si frequenter conuerseris cum his viris spiritualibus, & contemplationi deditis eorum aspiciendo exempla, aut in libris attentè legendo, veniet super te spiritus Dei cum sanctis suis inspirationibus, & impulsibus internis, commutabitque cor tuum, alliciendo illud ad similia exercitia; tibi que persuadendo, vt eadem instrumenta musica arripiens, ea palles, sicut propheta, factus illis similis, cum tanta omnium, qui te prius nouerant, admiratione, vt mutuo sibi dicant: *quid est hoc quod accidit filio Cis?* & quomodo *Saulest inter prophetas?* quis hunc hominem ex carnali in spiritualem transmutauit; ex tepido in feruentem; ex terreno in diuinum? Quis eum tam repente in alium virum mutauit? & quis talem facit mutationem? Tuæ sunt Deus meus, istæ mutationes, & à tua dextera proueniunt: licet media adhibeas, societatem viuorum contemplantium, & exempla clarissimarum eorum virorum.

O HOMO tepide, duri que cordis, si vis à Deo mutari, fierique sicut vnus ex hisce viris sanctis, coniungere illis, lege in viuis hisce libris, discite formam orandi, quam te suis exemplis docent; ascende cum eis ad collem Dei,

TRI  
FE

8.

deposito Philistinorum timore; tecum est enim spiritus diuinus, qui illos prosternet; & musica instrumenta quæ pulsaueris, incutient illis metum: socijque tui sancti animum tuum addent, ad pugnandum contra illos. Quod si Deus hanc tibi misericordiam exhiberet, ut ad conscendendum collem religionis voceremur in qua diutius practicatur oratio, eiusque exempla sunt frequentiora & feruentiora, certum esset tua victoria, & emolumentum copiosum & esto non voceris, in quocunque camen fueris vitæ statu, conscende hunc collem tuum. Deus enim te comitabitur, suaque fouebit presentia. O Sponse animarum casta, um, qui hunc collem ascendens, tecum deducis castas sponsas tuas: clarifica oculos meos, ut exemplum videam, quod tu mihi dedisti, cum hac vita degeres, & quod Sancti tui, qui in coelo apud te habes, dum hic uiuerent, dediderunt & nunc dant ijs, quos adhuc habes in terra, & in his libris legens, discam ita orare, & contemplari, sicut tu vis; eoque seruire & perfectione, quam mihi consulis. Amen.

OS SO

## CAPVT X.

INCIPIMVS AGERE DE  
 perfecta IESV CHRISTI Domini  
 nostri cognitione, quæ obtinetur medi-  
 tando viuum ipsius vita librum: pro-  
 ponuntur summatim omnia eius  
 mysteria, & vir-  
 tutes.



EXCELLENTISSI-  
 MVS maximeque naturæ  
 nostræ accommodatus li-  
 ber, ad studendum mysticæ  
 spiritus scientiæ, & ad per-  
 fectam contemplationem  
 ascendendum, est IESVS

CHRISTVS Seruator noster, DEVS & homo  
 verus, in quo simul est, quod est Dei excelsum,  
 & quod est hominis infimum: qui de se dixit:  
 Ego sum ostium: per me, si quis introierit, salua-  
 bitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua  
 inueniet. Sic nobis significans: se vnicum esse  
 medium obtinendi veram salutem, & vitam  
 æternam; pascuaq; perfectæ cognitionis, amo-  
 ris, omnium virtutum, donorum, & solatio-  
 rum spiritualium. Per hanc portam ingredien-  
 dum est nobis, ad contemplanda arcana, &  
 inuisibilia eius diuinitatis; & exeundum ad

a Ioan, 10. 9.



contemplanda externa, & visibilia eius humanitatis; ingrediendo & egrediendo frequenter: quia semel id facere non sufficit, ad cognoscendum quicquid in Christo est: & quotidie opus est nouam refectionem accipere. Et simul oportet ingredi & egredi, quia non satis est externa cognoscere humanitatis, nisi cognoscas etiam interna diuinitatis: nec bene poteris cognoscere interna diuinitatis, nisi transeas per externa humanitatis. Nam vita æterna, totaque nostra beatitudo consistit in hoc, ut fide uia utrumque credamus, & perfecta beneuolæque cognitione utrumque cognoscamus. Nam qui ea non nouerit, non poterit in cœlum intrare: b sine fide, qua creditur quis Deus sit, & quis Christus, impossibile est placere Deo, & salutem habere, & vitam spiritualement, Et, ut dixit S. Petrus: c non est aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluari, nisi nomen Iesu. Nam uia huius Saluatoris fide, salui facti sunt legis antiquæ: nulli quamuis non fuerit illis ad eum expressa, atque est nobis.

§. I.

*Mysteria Saluatoris secundum eius humanitatem.*

S. Hilar. Præf. in Psal.  
S. Greg. l. 4. Dialog. c. 42

**P**RO HUIUS materiæ fundamentum præmittimus, vitam CHRISTI Domini nostri, eiusque mysteria, sicut ut in libro æternæ sapientiæ erat præordinatum, iuxta ea, quæ in sacra Scriptura

DUX SP  
P. DE PONT

Ioan. 17. 3.

b Heb. 11. 6

c Act. 4. 12.

S. Thom. 2. 2. q. 2. a. 7.

continentur, esse sicut illum a *librum* a Apoc. 1. 1.  
 quem Sanctus Ioannes vidit *in dexter seden-*  
*tis super thronum, scriptum intus & foris;* pli-  
 catum ad instar membranæ ex vtraque parte  
 scriptæ; *signatum sigillis septē & nemo poterat*  
*aperire librum, donec Agnus, qui stabat tanquam*  
*occisus, venit & accepit de dextra sedentis in*  
*throno librum, quem aperuit, ac resignavit.* Vi-  
 ta enim Seruatoris nostri scripta fuit caracte-  
 ribus excellentissimarum perfectionum, ac  
 virtutum, tam ex parte interiori diuinitatis  
 suæ, quam in exteriori humanitatis; sicut et-  
 iam in interiori sanctissimæ eius animæ, & in  
 exteriori sanctissimi corporis: quod totum ac-  
 cepit de manu Dei. Nam ab æterno patre per  
 æternam generationem accepit, quod habebat  
 quæ erat Deus; & ab eiusdem omnipotentia, quæ  
 fecit, accipiendo formam hominis. Id quod  
 totum, ante eius Incarnationem, erat instar li-  
 bri clausi, & sigillis multis obsignati, ita ut  
 plebs antiqua non sciret distinctè legere, aut  
 intelligere quod in eo latebat; licet omnes vi-  
 derent septem sigilla prophetias videlicet pa-  
 rabolas, sacrificia, ceremonias, sacramenta,  
 stupendi euentus, & varij qui instar imaginum  
 & figurarum referebant id, quod postea erat  
 venturum. Hæc sigilla resignavit Agnus fili-  
 us Dei viui, cum producere cepit in lucem  
 mysteria vitæ suæ, quæ sub illis latebant: quæ  
 licebit educere ad septem potiora, quæ  
 Sancta Ecclesia nobis proponit in septem ar-

IRI  
FE

ticulis sacrae humanitatis.

I.

Tract. 1. c. 10.  
aliquid est  
infiatuatum.

S. Bernar. in  
Serm. de Re  
surrect.

b Isai. 7. 14.  
c Iere. 31. 22.  
d Exod. 3. 2.  
e Iud. 6. 37.  
f Num. 17. 8.

PRIMUM sigillum aperuit in instanti fua  
Incarnationis, quando magnus ille Deus maie-  
statis, quem nec caeli nec terra capiunt, ita se  
dimisit & angustauit, ut infantuli formam ac-  
ciperet in utero vnus virginis, in quo fuit  
conceptus, non viri alicuius operâ, sed virtute  
Spiritus Sancti cum tanta gratiarum immen-  
sitate in anima, quanta conueniebat vnigenito  
filio æterni patris. Et tunc aperta fuerunt  
explicata prophetia & figura, quæ altissimi  
hoc mysterium adumbrabant: ita ut omnes iam  
sciamus, de quo dixerint propheta: *b Virgo de-  
cipiet, parietq, filium, & vocabitur nomen eius  
manuel: & quod cæmina circumdabit virum,  
habet, s. in suo utero virum perfectum. Scimus  
quoq, quid significet, q̄ Deus descendit tanq̄  
ignis in medium rubi, qui cum arderet, non com-  
burebatur: & errorem totum è caelo descende-  
re in exiguum vellus lana: & f virgam siccam  
Aaron floruisse, fructusq, protulisse.*

2.

POST nouē menses incepit secundum sigil-  
lū aperire, quando in porticu Berhleemica na-  
tus est, absq; detrimento integritatis & virgini-  
tatis matris eius; & octauo die fuit circumcisus; &  
paulo post à Magis adoratus, plentatus in templo;  
ductus in Aegyptū, & reductus in Nazareth; ubi  
vitā quandā duxit occultā, sed admirandā, ob  
eius paupertatem, silentium, & humilitatem.

3.

CUM peruenit ad annum ætatis suæ trigesi-  
mum, cepit sigillum, tertium aperire, cum sci-  
licet voluit, se mundo manifestare: incipiens à  
baptismo

DUX SP  
P. DE PONT

baptismo, vbi cœli aperti sunt, Paterq; & Spiritus S. testimoniū dederunt diuinitatis & Sāctitatis ei⁹ & paulò post (vt refert S. Luc.) *g cū intrasset in Synagogā traditus est illi liber claus⁹* <sup>g Luc. 4. 17.</sup> quē ille aperuit, & vt *reuoluit illū inuenit locū,* apud Isaiā, qui de eius in mūdū aduentu ad prædicandū Euangeliū loquebatur: dixitq; omnib. *hodie implet a est hac Scriptura in aurib. vestris.* Et ex eo q̄ videtis & auditis sublatū est sigillū, quo illa erat clausa. Hoc modo perrexit in sua p̄dicatione cū clarissimis miraculis & horreūdis p̄secutionib. ac laboribus, donec inimici ei⁹ ex odio & inuidia de morte ei inferēda egerint. à quibus fuit captus, flagellis cæsus, spinis coronatus, ac deniq; cruci affixus: in qua paulo antequā expiraret, aliquid aceti degustauit, vt scriptura impleretur, quē ea de re loquebatur; & statim dixit: *h cōsummatū est,* quicquid, s. de <sup>h Ioan. 19. 30</sup> me erat prædictum, & scriptum: ac proinde totum iam manet manifestum & explicatū in cuius testimonium *i velū templum* quod Sācta Sāctorum tegebat, *scissum est medium à summo vsque deorsum:* vt intelligerentur esse *k propalata* mysteria, quæ eoulsque erant ibi occulta & figurata: & cuiq; licere iam illa videre, & intelligere.

SE D statim atq; expirauit aperuit *quartū sigillū* cū anima eius sanctissima verbo diuino vnita ad inferos descendit, penetrans inferiores partes terræ, vbi suæ passionis virtute infernales portas aperuit: suosq; captiuos libertate donauit, magnaq; victoriā ac triūpho cū eisdē

inde

IRI  
FE

i Matt. 27. 51.  
k Heb 9. 10.

5.

inde exiit. Tertio die *quintum* aperuit sigillum, dum sanctissima illa anima ingressa sepulcrum, corpori in eo iacenti se coniunxit: & exiit nobilis iste triumphator ingenti gloria renouatus, triumphans de morte, & peccato, de inferno. & Principe huius mundi; cetera rediens testimonia suæ gloriosæ Resurrectionis. *Interpretans* (vt ait S. Lucas) *quæ in omnibus Scripturis de ipso occulta erant, & aperiens* *septimum discipulorum, vt ea intelligerent.*

1 Luc. 24. 27

32. 45.

6.

POST dies quadraginta *sextum* aperuit sigillum: ascendens propria virtute in cœlum, secumque ducens captiuos, quos è limbo eduxerat; singulos collocans in throno gloria, quam quisque esset promeritus: ipse vero sedit ad Dexteram Dei patris, apud quem nostrum agit aduocatum; & vterque mittit nobis Spiritum Sanctum cum stupendis gratiæ suæ donis, ad perficiendam conuersionem & sanctificationem animarum. in quo munere, ad finem vsque mundi perseuerabit, quando tandem aperietur *septimum* sigillum Iudicii, quod ex parte est iam apertum. magna enim claritate, & absque ænigmate, vmbri aut figuris, aduentum suum ad iudicium in magna gloria & maiestate prædicauit ac prædixit, explicans circumstantias præcipuas futuri Iudicii, resurrectionem corporum, & separationem iustorum ab impiis; sententiam in fauorem illorum, & contra hos eiusque executionem. Quamuis occultum sit adhuc, quando illa dies futura sit, quæ vbi aderit, erit liber omnino apertus, ita

vt omnes

DUX SP  
P. DE PONT

vt omnes in vniuersum homines in valle Iosaphat sint visuri magnitudinem & maiestatem Seruatoris sui, vt impij confusi maneant; exultent verò iusti.

HAEC sunt mysteria septem, & præcipui humanitas Christi D.N. articuli, quos antiqui confusè & implicite credebant, sub varijs figuris: sicut qui libri sigilla vident, sed nõ quod intus scriptum continetur. Qui autem in lege noua viuimus eadè explicitè ac distinctè videmus: quia sigilla sunt iam aperta; & ipse Saluator omnia est executus, sicut diximus. Fide itaq; explicità valde, ac distinctà ea credimus & intelligimus, sicut in sanctis Euangelijs reuelata sunt & expressa: quæ esse nobis debent continua meditationis nostræ materia, vt penetremus & sentiamus, quod in singulis scriptum est intus & foris: interiora scilicet diuinitatis & exteriora sacratissimæ humanitatis eiusq; opera heroica, corporis labores, & animæ virtutes atque affectus. Quare necesse est, eundem agnum Iesum Christum, qui librum hunc toti populo Christiano aperit, eã ratione qua diximus, in particulari singulis nostrum eum aperire; & internam diuinam suam illustrationem manifestare, quæ in singulis mysterijs continentur, quod faciet ipse liberalissimè nisi nos ipsi nobis desimus. decet tamen nos recognoscere felicem nostram sortem, quæ nobis in lege gratiæ existentibus obrigit: quod scilicet legere ac meditari possimus in hoc libro adeo distinctè. *m Beati enim* (inquit ipse Salua-

*m* Matt. 13. 16  
*Luc. 10. 23.*

IRI  
FE

Saluator suis Apostolis) oculi, qui vident, quod  
 vos videtis, & aures, qua audiunt, qua vos audi-  
 tis. Amen quippe dico vobis, quod multi prophetae,  
 & Reges & iusti cupiuerunt videre, qua vos vi-  
 detis, & non viderunt; & audire, qua auditis, &  
 non audierunt. Cum itaq; hoc nos obrinuerim,  
 laudemus, demusq; gloriam ei, qui tantum no-  
 bis contulit beneficium Et iure optimo (v. s.  
 Ioannes refert) n cum agnus aperuisset librum  
 quatuor animalia & viginti quatuor seniores  
 ceciderunt coram agno: habentes singuli citru-  
 ras & phialas aureas plenas odoramentorum  
 qua sunt orationes Sanctorum: & cantabant  
 canticum nouum dicentes: Dignus es Domine  
 accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam  
 tuam occisus es & redemisti nos Deo, in sangui-  
 ne tuo ex omni tribu & lingua, & populo, & na-  
 tione: & fecisti nos Deo nostro regna, & sacer-  
 dotes: & regnabimus super terra. Et vidi & au-  
 diui vocem angelorum multorum in circuitu throni &  
 animalium & seniorum: & erat numerus eorum mi-  
 lia millium dicentium voce magna: Dignus est agnus  
 qui occisus est accipere virtutem & diuinitatem  
 & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, &  
 gloriam & benedictionem. O Saluator dulcissime,  
 gaudeo & exulto cum istis sanctis, & cele-  
 stibus hierarchis; gratiasq; cum illis ago, quod  
 admirabilem istum librum aperueris, & re-  
 patefeceris, quod ab aeterna tua Sapientia de-  
 cretum erat, sed figuris antiquae legis obuelatis  
 eundem quae so mihi aperi, lucemq; tuam cele-  
 stem mihi concede, vt ita legam, mediter, & in-  
 telligam.

Apoec. 5. 8.

DUX SP  
 T. DE PONT

intelligam, vt laudum cantica tibi cantem, offeramq; se ruentes fragrante s; orationes, & musicam dulciũ affectuum; fruaturque summo regno, & sacerdotio, q̄ mihi comparasti, vt tecũ & cum sanctis tuis regnem in æternũ, Amen.

§. 2.

*De precipuis Seruatoris nostri virtutibus.*

**Q**VAE haftenus de Christo D.N. septẽq; Sanctissimæ eius humanitatis mysterijs diximus, possunt proportione quadam intelligi de perfectione Euangelicã, quã ipse exercuit ac docuit: quæ similiter est a *liber* qui *in dextera manu Dei* sicut prædixit Moyses dicens: *b in dextera eius ignea lex*. qui intus & foris scriptus est: complectitur. n. excellẽtes virtutes & opera interna & externa, p̄miaque eorũ clarissima, tũ in hac, tũ in futura vita. qui tamen clausus ante erat, septemq; sigillis obfignatus. multæ enim difficultates & asperitates, quas habet annexas, in causa fuerunt, cur antiqui nec legere nec intelligere eum possẽt: donec Christus supremus noster Magister in mundum veniens, eundem librum aperiret, & ab his difficultatibus expediret; manifestando omnes has virtutes: primum in seipso ad exemplum: deinde easdem verbo prædicãdo, gratiamq; S. Spiritus communicando, quæ possent fauiter ab alijs executioni mandari. Hoc aperte constabit ex ijs, quæ prædicauit in solemnissimo sermone, quem habuit in monte, cum aperuit os suum, vt aperiret ac declararet clausum &

a Apoc. 5. 1.  
b Deut. 33. 2.

IRI  
E



: Matt. 5. 21.  
7.

sum & obfignatum coelestis suae doctrinae li-  
brum. & incepit ab octo heroicis virtutibus,  
adeo arduis, ac difficilibus, ut vix cognita fue-  
rint in mundo, eo modo & sensu, quo ille de-  
claravit. Quod ut discipuli melius caperent,  
statim illis dixit: *caudistis quia dictum est anti-  
quis: non occides; non machaberis; non perieris;  
diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum.*  
Ego autem dico vobis, & altiore aliam perfo-  
ctionem docere vos volo, quae hactenus clausa  
& obfignata fuit ipsis antiquis: ideoque paucis  
eorum fuerunt perfecti, & unus aut alter at-  
tingit aliquam ex his virtutibus, quas nunc volu-  
omnibus esse apertas & parentes. Et quoniam  
uis multae illae sint, valdeque praeclarae: omnia  
tamen in illis, quas in initio sermonis proposui,  
tanquam compendio comprehenduntur: quas  
beatitudines appellamus, & respondent septem  
huius libri sigillis. Quamvis enim distincte se-  
erint octo, at (ut S. Thomas advertit) octava co-  
tinetur in septima, ideoque praemia non ponun-  
tur nisi septem.

. 2. q. 69. a. 3.  
ad 5.

I.

PRIMUM ergo resignavit sigillum PAU-  
PERTATIS dicens: *Beati pauperes spiritus  
quoniam ipsorum est regnum caelorum.* Et quod  
fuit in mundo magis occultum & incognitum  
quam beatitudinem collocare in renunciatio-  
ne rerum omnium, & in extendo corde ab ef-  
fectu earum; in eisdem distribuendis, si opor-  
esset, pauperibus? Et quis diceret, beatum il-  
lum esse qui abnegat semetipsum, & honoribus  
ac praeminentijs renunciat, eligens potius li-  
bi vi-

DUX SP  
P. DE PONT

in ultimum inter alios locum. Hoc itaq; quod ob signatum erat in libro perfectionis, & sanctitatis, resignavit agnus Christus Iesus, factus ipse pauper & humilis pro nobis: docensq; suos discipulos, eadem paupertatem, & humilitatem amplecti, ut ipsum imitarentur; in ea enim ipsos inuenturos perfectionem & beatitudinem temporalem & aeternam.

MOX mansuetudinis sigillum aperuit, dicens: *Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.* idque declarans, docuit; reprimendos esse iræ motus, non exteriores tantum, sed etiam interiores, auertendo omnem contentionem, tolerando contemptum, condonando iniurias; nosq; promptos offerendo, ad novas potius tolerandas, quam vindicandas antiquas: ut *si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, præbeas illi & alteram;* scilicet percutiendam: & *si quis tuam tunicam velit tollere, dimittes ei & pallium;* res temporales potius, honorem & vitam cupiens perdere, quam veram sanctitatem & Iustitiam lædere.

Matth. 5. 39

APERUIT deinde tertium sigillum dicens: *Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur,* non enim veram consolationem consistere in ludendo, & ridendo, sicut mundus existimat; sed in peccatis nostris lugendis & poenitentiam eorum subeundam; castigando carnem, & compellendo eam intrare per angustam mortificationis portam: cogendo illam ad tollendam crucem suam; & si opus ita erit, etiam ad moriendum in ea. Et ne hoc ipsum cum tristitia tædioq;

3.

Dux. Spirit. Tract. II. R r facia-

IRI  
TE

faciamus, quartum sigillum aperuit dicens: *beatos esse QUI ESURIANT ET SITIANT IUSTITIAM*, cibū suū potumq; existimantes esse, Deo obedire, eiusq; legē seruare; implere sui status onera, & obligationes, & propriam voluntatē conculcare: quo Dei & ministrorum eius voluntatē sequantur: seipso in tali obedientia oblectando, sicut, qui esurit & sitit, oblectatur, cum cibum & potum sumit; & hac ratione Dei voluntatem in terra faciendo, sicut fit in cœlo. Hinc perrexit ad quintum sigillum dicens: *Beatos esse MISERICORDES*, & valde minutim cōmemorat misericordiam opum, tū corporalia tū spiritualia erga omnes proximis, extendendo ea etiā ad inimicos: faciendo, scilicet benè ijs à quib. malū acceperis; eiq; benedicendo, qui tibi maledixerit; & honorando, qui nos calumniantur; & persequuntur: ut hinc ratione misericordes, & perfecti simus, sicut est pater noster cœlestis, qui benefacit bonis & malis, iustis & iniustis.

6. VENIT postea ad sextum sigillum *CORPUS* scilicet *MUNDITIEM*, dicens: *beatos esse qui corde essent mundo*: statuens hanc mundiciem, ad eam heroicam esse debere, ut neque opere, neque verbo, neque cogitatione, tale quid admitteremus, quod maculam illi adferret. & ut hæc perfectior esset etiam ad corporis mundiciem suasit extendi; renunciando licet omnibus carnis voluptatibus, non modice prohibitis, sed multis etiam quæ licitæ esse poterant, ut in carne mortali viuentes, vitam ducerent.

DUX SP  
P. DE PONT

cerent angelicam: perfecteque spiritualé & dignam, quæ posset videre Deum, eoq; frui in terra dulci contemplatione, quæ maiori claritate possideretur in cælo.

DENIQUE aperuit septimum sigillum, qui fructus est charitatis, proprius filiorum Dei: *beati (inquit) pacifici, quoniam filij Dei vocantur*: sic declarans, beatitudinem nostram consistere in perfecta vnitione, paceque, & concordia cum ipsomet Deo, & cum proximis nostris; & in eo, quod omnibus nostris viribus iuuenimus, vt & illi cum Deo, & inter seipfos sint conformes, & inuicem se diligant in Deo, & eidem ipsi Deo: quo diuina eius gloriâ dilatar, crescatque in sanctitate corpus Ecclesiæ mysticum. Et quoniam in executione omnium harum virtutum magnæ sunt contradictiones, conclusit dicens: beatos esse, qui PERSECUTIONEM PATIANTUR PROPTER IUSTICIAM, ob conseruandâ. s. virtutem & sanctitatem prædictâ, ita vt, si fortiter patienterq; in ea perseuerent, mansuri sint in possessione regni cælorum plenè fruentes omnibus prædictis præmijs.

HAB sunt præcipuæ virtutes, scriptæ in libro vitæ Christi Domini nostri, qui in seipso illas produxit in lucem; eas exercens à tempore Natiuitatis suæ in specu Bethlehemitica, vsque ad mortem in cruce: vt omnium illarum exemplum nobis præberet, iuxta prophetiam Isaiæ, cui DEVS loquens de vigenito filio suo dixit: *e sume tibi* e Isai. 53.

IRI  
E

librum grandem (LXX. dicunt: *granien*, & *nuum*) & scribe in eo stylo hominis, quæ ventura sunt. Hoc significans, quod filius eius sanctissimus futurus esset instar libri cuiusdam magni & noui; magni in sanctitate; noui in modo cetercendi: in quo scribenda esset perfectio styli hominis, magnis scilicet claris, & patentibus characteribus, virtutum conformium nature hominum; ita ut omnes à maiore ad minorem possent legere, intelligere, & in praxi deducere: simul indicans, quod verapertinens & sanctitas tunc in eisdem virtutibus consistere censebuntur, si erunt illis similes, quæ in diuino hoc libro scriptas viderent. Et quia fuimus tam felices, ut librum hunc apertum & extensum videremus, præcipuum nostrum studium esse debet, quotidie in eo legere & meditari; conando aspicere, ruminare & imitari in singulis virtutibus interiora & exteriora, quæ illæ complectuntur; præmiumque, quod illis proportionem responderet: sicut suo loco de octo beatitudinibus diximus, & postea aliquando etiam earum declarabimus.

3. part. Me  
dit. 11.

In Isaiis.

SED non præteribo silentio, quod S. Hieronymus perpendit: prophetam Isaiam, ad scribendum prædictum librum stylo hominis adhibuisse duos testes, *Vriam*, quod significat lumen aut ignem Domini; & *Zabababam*, quod Dei memoriam significat. Quid autem hoc aliud fuit, quam ut te doceret: ad legendum & meditandum vtiliter mysteria & virtutes Saluatoris, opus esse lumine cæli, & igne

DUX SP  
P. DE PONT

Arias mont.

& igne Spiritus Sancti, cum memoria præsen-  
 tæ Dei, hæc enim luce intelliges, quæ legeris,  
 & meditareris: & eo igne accenderis desi-  
 derio illud imitandi & opere exequendi, &  
 hac memoria Domini te aspicientis, diligenti-  
 us attendes, quid agas. O mundi Saluator,  
 qui simul es liber, & Magister; auxiliator,  
 & testis; lux & ignis: assiste mecum, ad  
 legendum, & meditandum mysteria & vir-  
 tutes tuas: comitare meam memoriam, illu-  
 stra intellectum, & ita accende voluntatem,  
 ut, quod meditabor, intelligam: quod in-  
 telligam, amem; & opere exequar, quod ama-  
 bo. Amen.

§. 3.

*Mysteria & perfectiones diuinitatis.*

**A**D HVC multò est altius & excellenti-  
 us, quod Christus Seruator noster reue-  
 lauit de sua ipsius diuinitate, eiusq. in-  
 finitis perfectionibus. Nam de illa quoq. dice-  
 re licet, qd sit liber scriptus intus & foris: sed  
 sigillis septem obsignatus, quo ad multa valde  
 arcana & admirabilia, quæ in lege antiqua adeò  
 explicata non erant: donec idem agnus Iesus  
 Christus, librum eum aperiendo, reuelauit.  
 iuxta id qd eius Euangelista de eo dixit. a Deum  
 nemo vidit vnquam, Vnigenitus filius, qui est in  
 sinu patris, ipse enarrauit.

à Ioan. 1. 18.

Et quamuis multa nobis mysteria reuela-  
 uerit, quædam, quæ spectant ad interiora ipsi<sup>9</sup>  
 diuinitatis, quædã quæ ad eius operationes ex-

R r 3 ternas

IRI  
E

ternas, quæ ab ea procedunt omnia tamen reuocari possunt ad septem mysteria, siue articulos ipsius diuinitatis, quos Ecclesia in hunc modum proponit.

1. PRIMVM aperuit sigillum æternæ suæ generationis, reuelans nobis, quod Deus sit verus PATER infinitæ maiestatis, non habens ab alio principium, sed in æternitate sua, per nouitiam sui intellectus, generat diuinum VERBUM, quod est eius filius. Etiam manifestauit æternum processionis SPIRITVS Sancti, qui a Patre & filio procedit, per amorem, quo æternum se amant. Et quamuis tres sint personæ ipsa distinctæ, VNVM tamen idemque sunt in diuinitate, cum summa æqualitate in omnibus suis perfectionibus, ita vt omnes tres sint VNVS idemque DEVS, in vna æternitate & bonitate, ita vt vnus altero non sit antiquior, sapientior, potentior aut sanctior; ex quo procedit, vt omnes tres summam habeant in operando vnitatem: quia sicut cognoscunt, volunt & possunt vnum & idem: ita absq; vlla diuisione, illud idem operantur: & omnes tres sunt VNVS idemq; CREATOR, gubernator, & prospector mundi. Verum præ alijs nobis manifestauit indulgentissimam sanctissimam Trinitatis prouidentiam, circa salutem hominum, per filij incarnationem: in qua omnes tres personæ infinitam suam charitatem, & misericordiam summam Iustitiæ coniunctam, manifestarunt. Neq; n. Pater potuit amplius nos amare, quam dando nobis filium suum vnigenitum, qui nos se

dimerit

DUX SP  
P. DE PONT

dimeret; nec potuit filius amplius nostri com-  
 miferatione affici, quam in se suscipiendo pæ-  
 nas quibus satisfaceret pro nostris culpis. Quia  
 eius iustitia non voluit culpas condonare, nisi  
 æqualis pro eis satisfactio ipsi offerretur: quod  
 cum homo præstare non posset, ipsemet factus  
 est homo, vt pro eo solueret quod ille debebat.  
 Et ipse Spiritus S. inuisibiliter venit, vt huius  
 Saluationis sit executor, suis nos præueniens  
 inspirationibus ad credendum, orandum, & o-  
 perandum sicut oportet: communicando nobis  
 in magna abundantia admirabiles suæ gratiæ  
 thesauros. Ac deniq; ipsemet Deus vult esse  
 GLORIFICATOR, & præmium suorum e-  
 lectorum, cælos suos omnibus aperiendo, &  
 ad claram ipsiusmet diuinitatis visionem admit-  
 tendo: vt eodem modo ipsi sint beati, quo ipse  
 beatus est, & eisdem bonis fruantur, quibus fru-  
 tur ipse.

HÆC septem mysteria, sicut posita sunt,  
 nobis reuelauit Seruator noster; debentq; esse  
 materia nostræ meditationis, & contemplati-  
 onis, cum desiderio cognoscendi, & amandi  
 magnū hūc Deum, Trinum & vnum; eiusq; e-  
 mplares virtutes, quo modo imitari possumus,  
 æmulandi. Sed vt ipse Euangelista S. Ioannes  
 multis lacrymis impetrauit, vt agnus, ipso præ-  
 sente librum aperiret, vt legere posset & in-  
 telligere: *b quia nemo poterat neq; in cælo. ne-  
 que in terra, neque subtus terram aperire li-  
 brum: neque dignus erat qui illum respiceret.*  
 ita fatendum tibi est, solum saluatorem dare



tibi posse veram cognitionem & æstimationem  
 altissimorum horum mysteriorum; neque te aut  
 creaturam ullam posse per seipsam ea assequi;  
 lacrymis verò ac suspirijs supplicare illi o-  
 portet, vt illa tibi aperiat, & intra tuum Spiri-  
 tum reuelet: alioquin clausa tibi & velata re-  
 mansura. O agnus Dei, qui habes clauem Da-  
 uid & c. quod tu aperis, nemo claudit; & quod tu  
 claudis, nemo aperit: supplex te oro, vt clauem  
 uinæ tuæ scientiæ intelligentiam mihi altissi-  
 morum mysteriorum tuorum aperias, vt ea in-  
 telligam, eoque modo sentiam, quo tu illa re-  
 leuasti; & assequar finem, ob quem illa nobis  
 aperuisti. Amen.

b Apoc. 3. 7.

CAPVT XI.

*PERNICIOSAM ESSE IGNO-  
 rantiam eius quod est Deus & Christus  
 Seruator noster: & perfectam eius co-  
 gnitionem consistere in transformati-  
 one quadam Spiritus nostri in viuam  
 eius gloria imaginem; & quâ ratione  
 hæc transformatio fiat; & quæ  
 eius excellentia.*



**P**TIAMSI Christus Dominus  
 noster librum hunc, vt prædictum  
 est, aperuerit, quidque in eo con-  
 neretur, stylo adeò familiari de-  
 clarare.

clararit, vt qui viua fide illum voluerit a lege  
 re, percurrere possit, sine periculo offensionis:  
 multi tamen fuerunt, qui non potuerunt il-  
 lum legere; sed adhuc illis est aded̄ occlusus,  
 acque si reclusus non fuisset; ed̄ quod duplici  
 graui ignorantia laborent; altera verò Chri-  
 sti Seruatoris mundi; altera b̄ ipsiusmet Dei,  
 admiscentes mille errores ijs, quæ de illis au-  
 dierunt quorum miseriam deplorabat Apo-  
 stolus dicens: *c O insensati Galatæ, quis vos fa-  
 scinauit, non obedere veritati, ante quorum o-  
 culos IESVS CHRISTVS prescriptus est, &  
 sententia in scriptis lata ad mortem damnatus?*  
 aut (sicut S. Chrysostomus ait) qui habetis cor-  
 ram vobis Christum, tanquam scripturam &  
 pieturam, in qua legeratis veritatem Euan-  
 gelij eius? ð quam est plenus mundus huius-  
 modi insipientibus, qui videntur fascinati, &  
 quasi absorpti à bonis delectabilibus terræ,  
 nec habent oculos, vt videant mysteria cœle-  
 stia? Sed quid mirum, quod miser homo igno-  
 rantia sui ipsius, qua laborat, cum aded̄ sibi sit  
 coniunctus, hanc quoque miseriam adiungat,  
 vt etiam sui Creatoris & Saluatoris ignoran-  
 tia laboret? Et si magna incommoda ex prio-  
 ri ignorantia proueniunt, vt supra diximus:  
 multò maiora proueniunt ex posteriori. Vt  
 enim ait Apostolus: *d Qui ignorat, ignorabi-  
 tur, quasi diceret, qui Deum & Christum non  
 nouit: neq; ab ipsis cognoscetur, cognitio-  
 ne scilicet approbationis, qua suos electos co-  
 gnoscit. potius in die nouissimo, dicet illi:*

Rr 5

e nesio

a Habac. 2. 2  
a illa, 8. 1. 16

b Cor. 15. 34

c Galat. 3. 1.

d 1. Cor. 14  
38IRI  
E

e Matt. 25. 13  
f Ioan. 17. 3.

g Iere. 4. 20.

h Isa. 5. 23.

e nescio vos. Nam sicut f vita aeterna est, vt cognoscatur bene Deus, & Iesus Christus, quem ille misit: ita erit mors aeterna, quod ijdem nō cognoscantur; sed ignorentur. ex quo innumera mala & peccata proueniunt, sicut ipsemet Dominus dixit: g vastata est omnis terra, quia stultus populus meus me non cognouit: h & propterea captiuus ductus est: quia non habuit scientiam. Esto. n. multas alias habeat sciētias, si hęc illi desit, idem est, ac si nullam haberet. Nam huius ignorantia captiuus ducetur à suis hostibus dæmonibus, ligatus propriarū passionum catenis, proprijsque peccatis irretitus & eijcietur à terra promissionis, quæ est Ecclesia; vt transferatur in Babylonem aeternæ confusionis, quæ est infernus.

§. I.

*De duplici ignorantia.*

**S**ED quoniam miseria nostra tanta est, vt ignorantia submersi, existimemus, nos ea carere: aduertendum est, duplicem esse ignorantiam siue errorem circa Deum & Christum Dominum: alteram speculatiuam, alteram practicam.

I.

1. Cor. 8. 4.

PRIMA lēdit fidem, cū deest vera cognitio eius, quod illa credendum præscribit; aut est aliquis error contra id, quod reuelatum est de Deo, & Christo D.N. Talis est ignorantia, qua laborant miseri Hæretici, ac Iudæi, qui etsi non fabricant sibi sicut gentes Deos aureos, & argenteos, qui sunt imagines falsorum

Deo.

DUX SPI  
P. DE PONT

Deorum; in suo tamen intellectu tales formāt cogitationes & conceptus, vt illi non sint imagines veri Dei, veri que Christi Seruatoris nostri; sed inania idola Dei alicuius, & Christi ficti, ab eorum ignorantia adinuenti. Si enim faciunt conceptum alicuius Dei, qui non sit spiritus, sed corpus; aut qui non sit trinus in personis; aut qui creaturarum non habeat prouidentiam; aut talis Christi, qui sit purus homo, & non Deus; aut qui non habeat verum corpus, sed fictum: hoc totum est idolum. quia non est in mundo talis Deus; neque talis christus sicut isti, quem illi fingunt, & cuius causa Deū verum contemnunt, quem ignorant: quia, vt dixit S. Apost. Iudas: *Quaecunq; ignorant blasphemant*; negant quod non intelligunt, & loquuntur malè de eo, quod nec credunt, nec nouerunt Et in hodiernum vsque diem christus D.N. vt prædixit Isaias, multis infidelibus est *sicut liber signatus septem sigillis*. Quia ipsamet mysteria infantie, eius vitæ, passionis, & mortis illos excœcant: vt non credant, esse diuinitatem in eo, qui ad eò se humiliavit: sicut euenit Iudæis, qui Messia, quem sperabant, conceptum quendam sibi formaerant, cum mille erroribus: fingentes sibi tanquam Regem temporalem, opulentum, potentem, & bellicosum. cum autem viderunt christum adeo pauperem, humilem, & abiectum, non cognouerunt esse Messiam, ac propterea eum abiecerunt, & affixerunt cruci.

*k Iudas in sua Canon. 10.*

*1 Isa. 19. 11.*

*1. Cor. 2. 8  
Act. 37. 1.*

IRI  
E

SE D

3.

SE D hos omittamus, tanquam gentem sine Deo, & sine Christo; contra quorum ignorantias agitur in alijs libris: & accedamus ad alteram ignorantiam & errorem practicum, qui est multorum fidelium, quibus competit, quod Apostolus dixit: *in consensu, se nosse DEVM, factis autem negant.* Et illud sancti Ioannis: *in Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est.* & o qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum. quia non nouit sicut oportet, nec cum ea veritate & puritate, quam in seipso habet: sed cum multis nebulis & obscuritatibus, formans conceptum Deum rerumque eius valde confusum & breuem, & admixtis plurimis apprehensionibus alienis ab eo, quod ipse habet; & quo dignus est quod mirifice explicat S. Bernardus dicens: omnes peccatores, qui nolunt conuerti, laborare hac ignorantia Dei. Siquidem nullam ob causam negligunt, quam quod sibi fingant grauem & seuerum eum, qui est pius; implacabilem ac durum eum, qui est misericors. ferum ac terribilem eum; qui est mitis & amabilis: & ipsa iniquitas mentitur sibi, ipsi dum format sibi idolum pro eo; quod non est ipse, sed statua aliqua aut fictus Deus. neque enim talis est Deus in mundo, qualem ipsius imaginatio eum depinxit. Talis fuit ignorantia, & error pigri illius serui, qui *p fodit talentum, & abscondit pecuniam Domini sui: & tempore rationis reddendæ, ostendit quam finxisset sibi effigiem*

in Tit. 16  
in 1. Io. 2. 4  
oc. 3. 6.

Serm. 38. in  
Cant.

p Matt. 25. 18.  
24.

DUX SPI  
P. DE PONT

Domini sui dicēs: *Scio quia homo durus es, me-  
u ubi non seminasti; & co: gregas, ubi non spar-  
asti; & timens abij, & absconus talentum tuū  
in terra: ecce habes quod tuum est.* Et in hunc  
modum singuli peccatores, desides, & imper-  
fecti, formant intra se Deum quendam, &  
Christum iuxta suam apprehensionem, aut  
humorem. Scrupolofus enim iudicat DEVM  
valde exactum, & quorumcunque minimo-  
rum rationem habentem; qui anxius est,  
illum imaginatur, quasi longas moras tra-  
hentem in rebus suis, quia nō statim succurrit  
anxietati suę; pusillanimis depingit illū inex-  
orabilem; seuerum in iudicando, & qui illa-  
rias sibi iniurias vlciscitur; delicatus, illum  
facit sibi minimum misericordē, & qui q*mul-*  
*titudinis peccatorum eius ad finem viam misere-*  
*bitur.*

q *Eccl. 5. 6.*

3.

i *Mat. 16. 14.*

SIC VT tempore, quo Christus Dominus  
noster prædicabat varios de ipso conceptus,  
quis ipse esset, homines formabant. r *alij enim*  
existimabant ipsum esse *Ioannem Baptistam,*  
*alij Eliam, aut Ieremiam, aut vnum ex pro-*  
*phetis:* sic nunc aliqui CHRISTVM cogi-  
tant seuerum pœnitentem, solitarium, sicut  
Ioannem Baptistam; existimantes, hoc &  
non aliud esse ingenium Christi; & nemi-  
nem saluandum, qui talem eum non existi-  
met. alij fingunt Christum sicut Eliam, qui  
ignem de cœlo mittat contra peccatores, nec  
illum relinquat impunitum, qui contra i-  
ustum aliquid admiserit, sed statim vlciscatur:

cuius

ORI  
E

cuius contrarium ipsemet dixit duobus discipulis valde zelantibus, qui proprium Magistri sui spiritum non satis agnouerant: alij Christum Dominum apprehendunt incoetum, & stentem, sicut Ieremiam continendo spiritum Christi in continua tristitia & lacrymis: quasi non possit vnquam habere letitiam, qui vel semel peccauerit. Hos & huiusmodi falsos conceptus habent multi homines, qui quod Christiani talia de Christo aut Domino Deo credant, sed quod ipsorum opera testimonium dent harum fictionum, à vero aberrantium: qui agunt tanquam qui suas actiones talibus phantasijs moderentur. Ex quo prouenit, ut alij in fiducia deficient, alij in eadem excedant, ac præsumant, alij sine timore laxæ conscientia, alij nimium arctæ: omnes tamen in apprehensione sua aberrant, quia non est in Deo nec in Christo, quod se imaginantur.

4:

Hi s. peractis erroribus sunt alij similes circa virtutes Christianas, earumque valorem. Quamobrem dixit philosophus: omnem hominem improbum, esse ignorantem, & Sapiens ait: *Serrare omnes, qui operantur malum.* Maximus verò eorum error in eo consistit, quod non habeant estimationem, quam debent habere Deo, de eius bonitate, & iustitia, de virtute & sanctitate; & quod non integrum exactumque conceptum faciant de gravitate atque malitia vnius peccati. & similiter sunt alij errores practici circa præcepta

9 Ethic. c. 1.  
1 Prou. 14. 22

S. Tho. II. 2.  
q 76. a. 4. ad  
1. & q. 78. a. 1  
ad 1.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONT

cepta, præmia & pœnas; eò quod non satis apprehendant suauitatem legis diuinæ, sed fingant quasi inaccessibilem, & vt ait Dauid: Psal. 93, 20  
*laborem in precepto*: nec felicitatem celestem, aut inferni atrocitatem; quia horum omnium faciunt conceptus valdè falsos & confusos. Vt his malis occurras, & hos errores euites, refert plurimum, si te sollicitè exerceas in legendis ac meditandis omnibus, quæ continentur in libro gloriosissimæ vitæ ac doctrinæ Seruatoris D. N. sicut ipse librum illum aperuit ac declarauit: in quo deprehendes verum conceptum, effigiem, & figuram, quam debeas tibi formare de vero Deo, & eius Christo, ac virtutibus, quibus ille glorificatur: ne decipiaris in cognitione eius, quæ amare debes ac imitari.

§. 2.

*Quaratione perfecta Dei, Christi, cognitio formetur.*

**M**ODVM, quo perfecta hæc cognitio fit formanda, mirificè declarauit Apostolus dicens: 2. Cor. 3, 18  
*a Nos reuelata facie gloriæ Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.* Gloriam Domini vocat mysteria in quibus splendet gloria diuinitatis ac Trinitatis DEI, cum omnibus suis excellentijs, & perfectionibus; & gloria IESV CHRISTI,  
 qui

IRI  
E



qui splendor est substantiæ Patris æterni  
cum omnibus virtutibus, gratijs, ac donis,  
quæ elucet in mysterijs diuini huius libri,  
de quo diximus : quæ ait Apostolus, specula-  
mur, non sicut israelitæ, qui non potentes  
ferre splendorem ex facie Moysis prodeun-  
tem, aspiciabant illum velo tectum : & in  
hodiernum vique diem aspiciunt illi myste-  
ria CHRISTI velo tecta, & cortice suarum  
scripturarum; & tanquam librum obfigu-  
ratum sigillis suarum figurarum, & coere-  
ntiarum externarum : non penetrantes in-  
tentem in eis spiritum : quia non remouent  
velum ignorantiæ, & incredulitatis, quod in-  
po fuerunt duro cordi suo : nos autem aspec-  
mus hæc mysteria, *reuelata facie*, submoti  
scilicet velo, & ablatis sigillis, sicut in sancto  
Euangelio sunt explicata, quod tanquam li-  
brum patentem *speculamur*, tanquam in claris  
speculo, quod planè ostendit nobis, qui reuelat  
repræsentat ; & ibi vultum videmus Christi  
gloriosissimum, variasque figuras, quas pro  
nobis assumpsit, in quas *transformamur*, &  
scurrentes ab vna in alteram, & ab vno gradu  
*claritatis* in alterum, permoti ac directi a Do-  
*mini spiritu*.

CUM hoc dicit Apostolus, obiter nos co-  
cet, proprietates virorum spiritualium, con-  
tioni & contemplationi vacantium : in quibus  
discernuntur à tepidis & imperfectis, qui  
his non agunt, aut ea paruifaciunt : fidei  
nim mysteria aspiciunt tanquam velo & co-

Speculari est  
in speculo  
videre.  
i. rho. ibid  
L. et 2. & 2.  
q. 180. 2. 3.  
ad 4.

DUX SPI  
P. DE PONT

bula cooperta; aut tanquam in speculo vapore aliquo aut pulueribus obducto: in quo non cernuntur distinctè vultus hominum, sed quasi confusè: eò quod fidem habeant obfuscatam, culpis & affectionibus terrenis; parumque exercitatem in considerandis eisdem mysterijs, ideoque satis sibi existimant, si confusè illa credant; non formantes distinctum conceptum eius, quod est deus & Christus, infernus, aut cœlum. Et quoniam non penetrant, que intra has res sunt, eas non sentiunt; nec dant operam, ut transformentur in diuinam imaginem; nec ut sequantur, quod fides illis dicitur.

At viri spirituales has res aspiciunt vultu aperto & sine velo aut nebula, & in libro aperto, & in speculo claro, in quo vultus aspicientium distinctè cernuntur; & formatur distinctus conceptus eius, quod est in illis, iuxta id quod fides de eis reuelauit: quam habent valdè clarificatam, & puram cum mundicia cordis.

Ex quo procedit, ut etiam contemplantur hæc mysteria non vultu, rubore aut pudore cooperto, quasi erubescerent aspiciere opprobria, & contemptus Saluatoris; sed aperta facie, læta ac serena, formantes sibi conceptum quendam valdè gloriosum de his omnibus: honorem & gloriam eiusdem Domini, existimantes, non solum quod est de diuinitate reuelatum, sed etiam quod gessit, & perpeffus est in humanitate: de vtrisque enim intelligi

RI  
E

b Ioan. 1. 14.

potest, quod dixit S. Ioan. b *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre plenas gratia & veritatis.* & Angeli in eius natali cecinerunt: c *Gloria in excelsis Deo.* in his enim virtutibus emicuerunt virtutes & perfectiones præclarissimæ: & de eisdem gloriantur, qui eas benè intelligunt, quas sibi ipsis præligunt, & d *gloriantur*, nō in aliare, nisi in *D.N. Iesu Christi.*

c Luc. 2. 14

d Galat. 6. 14

3.

HINC est, quod cum hæc mysteria cogitur & meditatur, conentur pertingere ad finem principalem suæ contemplationis: de quo post, quod *in eandem imaginem transformatur* eius Dñi, quem meditantur & contemplantur, participes eius claritatis & splendoris: magna similitudine: ad modū, quo ferrum, missum in focum, transformatur in imaginem ignis; tantum concipiens splendoris, & caloris, vt ignis potius videatur, quam ferrum: in iustus contemplans diuinitatem, & sacramentam Christi humanitatem, transformatur in diuinam eius imaginem. Infinita enim claritas, pulchritudo, & sanctitas, q̄ intuerit, & contemplatur, efficit in ipso et aliam similitudinis splendoris, gratiarum, & virtutum, donorumq; cœlestium: quæ illum efficiunt valedē simile Deo & Christo. Et quæ admodū hic Dñs in suis mysterijs varias induit imagines, vt apparet in præsepio, in monte Thabor, & in monte Caluario; in oēs eas conatur in se transformare eo modo, quo potest a claritate in claritate. non q̄ ipse solus possit eam transformare.

S. Bonauent.  
de 7. gradib.  
contempl.  
tom. 2. in  
eadem ima-  
ginata trās-  
formamur.

DUX SPI  
F. DE PONT

formationem efficere, cum dicat Apost. *tanquam à Domini spiritu*: quia scilicet diuini spiritus est proprius effectus: sed quod præuenienti spiritui cooperetur omni diligentia possibili in hunc modum.

PRIMUM supponendū est, intellectū nostrum esse sicut aliquem pictorē, cuius munus est facere imagines, figuras, & effigies rerum omnium visibilium, & inuisibilium, quæ ad ipsius notitiam perueniunt; quas imagines appellamus conceptus: quando .n. intellectus noster aliquid cognoscit, id quod intra se cōcipit, est imago & idea quædā spiritualis rei, quæ cognoscitur, tanquā prolem, quæ etiam ab ea producit. Quamobrem dixit S. Ioan. *e nos in celo futuros similes Deo, quoniā videbimus* (inquit) *enim sicuti est*. significans, visionem Dei claram esse quandam ipsius Dei similitudinem effigiatam in spiritu nostro, per quam illi assimilamur. & quemadmodū pictores, cū alicuius vultum pingendo imitantur, interdū effigiem faciunt valde dissimilem rei, quam imitari volebant; aut omnino, aut ex parte: at si periti sunt pictores, solent valde ad viuum effigiem delineare, quæ sit rei simillima, quam imitari intendebant: Ita etiam cū intellectus noster vult de Deo cogitare, aut de Christo, interdum format conceptū seu effigiem valde falsam, atque absimilem ei, quam reuera habent in seipsis, quales sunt conceptus insipientium, & improborum, de quibus supra est dictum: sed interdum tamen formant eōceptū

1.

et. Ioan. 3. 2.

RI  
E



Dei & Christi verum, proprium, plenum, valdeque similem ei, quod est de illis reuelatum, & quod reuera ipsi habent: & talem conceptum formant viri spirituales in sua contemplatione, talem etiam sibi formauerat Sponsa, cum interrogata, qualis esset dilectus eius respondit, minutim referendo omnes eius proprietates, *f dilectus (inquit) meus candidus & rubicundus, electus ex millibus: caput eius aurum optimum; coma eius sicut elata palmata; nigra quasi coruus: oculi eius sicut columba, quae lacte sunt lota.* & ita pergit referendo reliquas partes eius corporis, ostendens his similibus quam exactè eum nouisset, eiusque perfectiones ac virtutes assecuta esset. In hunc ergo modum studere debes, lectione & meditatione formare intra reipsum conceptum quandam & cogitationem, quæ imago sit, valdeque vna idea eius, quod est Deus & Christus in seipsis. Bonitatis scilicet, caritatis, sapientiæ, patientiæ, cæterarumque virtutum ac perfectionum, quas fides nos decet altissimè de singulis sentièdo; vt figura, in qua illum cernis, & apud te habes, similis sit ei, quam de seipso nobis reuelauit: & tunc incipis transformari per cognitionem in imaginem gloriæ eius.

2. SED non hic sistit transformatio. Nam ad hac imagine, quæ imprimitur intellectui, procedere debet alia imago, & idea affectuum, & virtutum, ac perfectionum supremi istius Domini, ad nostram voluntatem, eo modo quæ possunt

DUX SPI  
T. DE PONT

f Cant. 5.9

possunt Creaturæ illum imitari. Sicut itaque  
 intellectu depinxisti imaginem Christi mise-  
 ricordis & Sancti ; aut figuram eiusdem in-  
 fantuli, pauperis, contempti, aut in cruce pē-  
 dentis: Ita imprimas voluntati tuæ ideam  
 illam viuam affectuum, quos Christus Domi-  
 nus habebat: ex qua prodeant in te opera valdè  
 similia ipsius operibus. vt sic impleas, quod i-  
 ple tantopere commendauit, cùm dixit: *g Po-*  
*re me, vt signaculum, super cor tuum: vt signa-*  
*culum super brachium tuum.* neque enim absq.  
 magna causa & mysterio voluit, se compara-  
 re imagini & figuræ in sigillo sculptæ, quæ nõ  
 cum vltum habet, quemadmodum aliæ imagi-  
 nes, vt visum tantum recreet, aut in memoriã  
 reuocet personam, quam refert: sed præcipu-  
 tus vsus est, vt aliquid obfignetur, propriam  
 suam omninò figuram imprimendo rei, quæ  
 obfignatur, vt apertè apareat cuius sit: aut vt  
 tenè sit custodita. Hoc igitur modo viuã Iesu  
 Christi D. N. imago & idea eiusque virtutũ, &  
 clarissimorum operum, quæ ob oculos tibi po-  
 nitur in lectione & meditatione, non debet tan-  
 tum oculos tuos recreare, aut ipsum tibi in  
 memoriã reuocare, eo tempore, quo medi-  
 taris: sed vt te verè obfignet, imprimendo ani-  
 mæ tuæ viuã eiusdem Dñi imaginem, ipsius i-  
 magini simillimam, quam interius & exterius  
 habebat. Propterea n. dicit: *vt signaculum hoc*  
*super cor tuum, & super brachium tuũ ponas.*  
 Per cor (inquit Theodoretus) intelligitur hic  
 vita contemplatiua, quæ tota est interna, & co-

g Cant. 8. 6.

RI  
E

Vide Martin  
de Rio hic.

h Exod. 29.  
26.

gnitione & affectu; per brachium autem intelligitur vita actiua, quæ externis rebus occupatur. ac propterea Deus in veteri lege iussit, ut sacerdotes acciperent *hæctusculum & brachium*, cum brachio arietis, quæ *cederent in usum eorum*, ut intelligerent; se debere valde expertos & exercitatos esse in operibus interioribus vite contemplatiuæ & affectiuæ: & in externis vita actiuæ. Quid itaque est, quod Christus taliter dicat: *pone me sicut signaculum super cor & brachium tuum*, nisi quod te moneat, ut diuinam imaginem imprimas intellectui tuo, cum illam agnoscis: & voluntati, per affectus amoris & virtutum internarum: & sensibus ac potentis externis, & earum operibus, transformando totum in viam ipsius imaginis: sicut transformatur cera in imaginem sigilli: tunc enim maxime completur transformatio, de qua dicit apostolus. *transendo à claritate in claritatem: à claritate. scilicet Iesu Christi, ad nostram claritatem: à claritate cognitionis, ad claritatem affectus: & ab hac, ad claritatem operum: ita ut omnia sint clarificata imagine diuini istius signaculi.* O dilecte animæ meæ, tu iubes, me ponere te tanquam signaculum super cor meum, & brachium meum: sed ego supplex oro, ut tu ipse ponas te, ut signaculum supra totum spiritum meum: ego enim sine te id præstare non sciam. pone te igitur sicut signaculum super meas potentias, imprimendo illis imaginem eius, qui tu es, ut te agnoscam, amem & æmuler: totumque transformer in te, tuque viuas in me in æternum. Amen.

§. 3. De

DUX SPI  
P. DE PONT

S. 3.

De culmine & celsitate, ad quam hac perfecta cognitio ascendere potest.

SED quis declarare poterit, quomodo Christus D.N. impleat hoc desiderium imprimendi seipsum tanquam signaculum spiritui nostro? ipsemet hoc declaravit, loquens cum patre suo: a ego (inquit) claritatem, quam dediti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus: ego in eis sum, & tu in me, ut sint consummati in unum, & perfecti in hac unione, ut cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dediti eos sicut & me. O altitudo charitatis Christi, quod potuit illa ulterius ascendere, quam electis suis eam impertiretur claritatem, quam ab aeterno suo Patre acceperat? & quae haec claritas, nisi claritas cognitionis & amoris cum clarissimis donis gratiarum & virtutum, quae illi comitantur? hanc ipsemet nobis largitur. nisi enim ipse det, non possumus viribus nostris eam adipisci. ipse ponit se tanquam signaculum super spiritum nostrum; ut suam imprimat imaginem, cum tanta similitudine, ut simus unum cum ipso: & ut ait Apostolus: *b* qui adharet Domino, unus spiritus est, scilicet cum eius spiritu: ita, ut propter hanc similitudinem, mundus agnoscat excellentiam illius Domini, cuius gerimus sigillum; creditque patrem eius, ipsum misisse, ut noster esset Magister, redemptor & exemplar omnium. Resignavit septem sigilla figurarum, & coere-

a Ioan. 17. 22

b 2. Cor. 6. 17

Sf 4

monia-

RI  
E



moniarum externarum, quibus eius liber erat clausus, & obsignabatur populus Hebraeus: & loco illorū vult, eū dē librū clarissimē suę vniū figillum esse, quo obsignetur populus Christianus: imprimens electis suis viam vitę suę imaginem: vt *c vita lesę manifestetur* (vt ait Apost. *in corporibus eorum*: eaque muniti sint, ac securi, donec transferantur in cœlum, vbi erit vnio perfecta per visionem beatificam.

2. Cor. 4. 10

DUX SPI  
S. DE PONT

I.

d Ioan 10. 14

SED videamus nunc, quam altē ascendit hic in terrā? eousq; progreditur, vt sit vnus sicut pater & filius vnus sunt: d *Ego, inquit, sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me mea. sicut nouit me Pater, & sic ego cognosco Patrem.* Videamus nunc quomodo Pater cognoscat filium & quomodo filius agnoscat Patrem, ovesq; sui gregis. Fides docet, quod æternus pater cognoscens diuinam suam essentiam, per eam cognitionē producat viam & infinitam imaginem sui ipsius filium scilicet suum vnigenitum, quem propterea verbum appellamus, & sapientiam patris, quam æternum generat, communicat illi suam diuinitatem, omnesq; suas perfectiones tanta similitudine, vt vterque sit vnus eademque res in essentia: idq; tanto amore & gaudio, vt non possit sibi non complacere & oblectari in eo, eumq; amare infinito amore: & per eundem omnia operatur, qui vnus omnino est vtriusque velle, & posse. Hoc ergo modo bonus hic pastor Christus Iesus

cogno-

cognoscit electas suas oues; cognitione comprehensua, beneuola, & efficaci: imprimens eis imaginem & similitudinem diuinæ suæ naturæ, gratiam scilicet, & charitatem, cum reliquis virtutibus, donisq; supernaturalibus; vulturque ac coniungitur eis sicut sigillum; accipiens eas in suas, ac diligens, & complacens sibi in eis: & per easdem operatur res valde gloriosas. In hunc ergo modum non quidem aqualiter, sed valde proportionaliter, perfecti Christi discipuli, qui optimæ sunt oues eius gregis, eò perueniunt, vt in Contemplatione eum agnoscant, cognitione quadam ad eò robusta, & efficaci, vt in suis intellectibus formant perfectam quandam imaginem ipsiusmet Christi, eiusque virtutum ac perfectionum placentes sibi & oblectantes in eis: & eadem viuacitate ac efficacia illas imprimunt suæ voluntati, amando hunc pastorem, & pro suo eum accipiendo, seque ipsos illi coniungendo; nec volentes quicquam agere aut facere, nisi cum ipso, & propter ipsum, & ad ipsiusmet similitudinem, ita vt cum Apostolo dicant: *e Viuo iam non ego; viuit vero in me Christus*: Ego viuo vitam naturalem, ipse verò in me viuit vitam supernaturalem; cognitio mea, amor meus, affectus & opera mea ab ipso procedunt, ipsum referunt, per ipsum ego illa facio, & ipse in me: quia Spiritu vnum sumus. ipse est in me, & ego in eo per amorem. hoc modo ipsemet Christus, quia homo est, patrem suum agnoscit, cogni-

e Gal. 2. 20.

RI  
E

tionem beneuolâ, quæ diuinam eius uoluntatem  
scrutatur, imitatur ei<sup>9</sup> perfectiones, approbat  
quicquid ille disponit, illudq; ad nutum ex-  
equitur, ita ut imaginem infinitæ perfectionis,  
quam à Patre accipit, qua Deus est, imprimat  
sibi ipsi qua est homo, cum ineffabili simili-  
tudine, propter quam, in suo tamen gradu, di-  
cere licet, qualis est Pater, talem esse & fili-  
um, & *f. qui uidet Filium uidere etiam Patrem*

Joan. 14. 9.  
Rom. 8. 29

O Pater æternæ, qui tuos electos *g. p. adestina-*  
*sti conformes fieri imaginis filij tui*: per eum  
supplex oro, ut mihi concedas illum cognos-  
cere, amare, tantoq; spiritu imitari, ut me cõ-  
formem, & transformem in imaginem gloriæ  
eius. O Redemptor dulcissime, qui *h. dum e-*  
*reres in monte Thabor, trãformasti & h. trã-*  
*figurasti corpus tuum in gloriosam animæ tuæ*  
*imaginem; & Moysen atque Eliã transformasti*  
*in imaginem gloriæ & i. Maiestatis*, quam tu  
habebas: transforma & transfigura animã meã  
in tuam, imprimens ei figuram excellentium  
virtutum tuarum: ut per earum similitudinem  
sua vnã tecum, Amen.

h. Luc. 9. 28

it.

i. Matt. 17. 2

2.

UT perueniamus ad cognitionem adeo ex-  
cellensam, uoluit Christus Dominus noster doce-  
re nos statim quandam aliam, infirmitati no-  
stræ magis conformem, dicens: proprietatem  
esse ouium *k. agnoscere suum pastorem, & sequi*  
*eum; agnoscere uocem eius, obedire ei, sequen-*  
*do eum; alienum autem non sequi, quia non*  
*nouerunt uocem alienorum, quasi diceret: si uis*  
esse ouis Christi, opus est supremum hunc  
pastorem

k. Joan. 10. 4.

14.

DUX SPI  
P. DE PONT

patrorem agnoscere, ad duo oculos conijciendo, ad ipsius scilicet *l' vestigia* vt ea *sequaris*, considerans exempla quæ tibi dedit, & opera quæ fecit: & ad eius vocem & sibilum, vt studeas illum agnoscere in præceptis & consilijs legis, quam promulgauit, & admirandâ doctrinâ quam prædicauit, obediendo ei in omnibus quæ præceperit, aut tibi inspirauerit. hoc est enim, illum perfectè cognoscere, sicut ipsemet dixit: *m Ego noui patrē, & scio eū, & sermonē eius seruo.* quod si hoc modo cognosces tuū patrorem, ille te signabit tanquam ouem suam signaculo viuæ imaginis & similitudinis impressæ in intimo animi tui, ipse enim dixit: *n Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse meus frater, & soror, & mater est.* Frater erit, quia accipiet à Patre æterno imaginem gratiæ eius, qua similis fiet Christo; erit & mater, quia spiritualiter ipsum concipiet intra seipsam, formans in se ipsam met *CHRISTI* imaginem, sicut iam diximus, & de hac cognitione aded beneuola & obediēte potius gloriari debes, quam de omnibus alijs scientijs, dignitatibus, aut terrenis diuitijs iuxta illud quod ipse per Ieremiam dixit: *o in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me.* scire (inquam) vt verum conceptum, quis ego sim formet: cognoscere verò, vt approbet quicquid in me videbit: *quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iusticiam in terra: hæc enim placent mihi.* & eadem, opus est facere

1. Petr. 2. 21.

m Ioan. 2. 55

m Matt. 12. 50

o Iero. 9. 24.

RI  
E

facere eum, qui me cognouerit. O dilecte cordis mei, ex nunc cupio gloriari, quod te cognoscam & amem, sicut tu vis; in eo collocans meam oblectationem, ut me in tuæ gloriæ imaginem transformem, transiens à claritate in claritatem, ut crescam & proficiam in cognitione & amore tui, donec videam te in claritate æternæ tuæ gloriæ, Amen.

## CAPVT. XII.

*QVOD IN LIBRO VITAE Christi Domini nostri meditanda sunt septem admirabiles vnitiones siue coniunctiones rerum valde distantium, cum varijs affectibus humilitatis & charitatis.*



**I**NTER prodigia & mirabilia que Deus operatur est, & in suis electis quotidie operatur, non est minimum (ut Sanctus Bernardus expendit:) quod cum humano intellectu coniunxerit cognitionem rerum altissimarum, quæ fide nituntur, ita ut in intellectu, qui conuenit sensibus duci, & humanæ rationis discursibus, his omnibus reiectis, eleuet se supra seipsum, ad credendum multa, quæ excedunt id corum

er. 3. de vi-  
gil. Natiuit.

DUX SPI  
T. DE PONT

ad totum, quod sensus & ratio assequi possunt; eaque admittat ac sentiat maiori multo certitudine, quam si ea videret aut palparet, aut naturali ratione penetraret. Id quod singulariter elucet in mysterijs Christi Domini nostri, in quibus talis est vnio & coniunctio rerū adeo distantium, vt, eas ita coniungere, videretur impossibile. Quæ distantia inter illas, præcipue in septem rebus valde mysticis, fuit, tanquam septem signacula, quibus a *liber vitæ*, qui est ipse Christus, occlusus & obsignatus mansit, ita vt multi non potuerint legere illum, aut meditari; nec adhuc possunt, donec ipsemet Christus Seruator noster sigilla resignet, & faciat in illis coniunctionem intellectus eorum, cum certissima rerum illarum fide. Nos autem in quibus iam infinita Dei charitas, hæc mirabilia est operata, largiendo nobis distinctam sanctorum mysteriorum fidem, merito debemus illam clarificare, & cum ipsius auxilio perficere, meditantes ac perpendentes prædictas stupendas coniunctiones: omnes enim sunt necessariae ad obtinendam perfectam huius Domini cognitionem, cum iucunda sapientiæ, omnipotentia, ac charitatis admiratione, quam ostendit in eo, quod sciuerit, potuerit, volueritque, res adeo distantes in vnum coniungere, pro nostra reparatione.

PRIMA vnio siue coniunctio, quæ radix & fons est reliquarum, est vnio duarum naturarū diuinæ scilicet & humanæ, in vna eademque persona, ita vt etsi infinita sit distantia inter

Deum

a Apoc. 20.  
1. & e. 5. 1.

RI  
E

DEVM & hominem, inter vitam Dei & vitam hominis coniungantur tamen in vno eodemque Christo Domino, qui simul est verus Deus & verus homo, & simul viuebat vitam diuinam, faciens propria opera Dei, creando scilicet, conseruando, & gubernando mundum: & simul viuebat vitam humanam, faciendo opera hominis propria comedendo scilicet dormiendo, crescendo, sentiendo, ac discurrendo: & reliqua, quæ faciunt puri homines; vt alia opera alia non impedirent.

2.

HINC processit secunda coniunctio, animæ scilicet beatæ ac glorificatæ cum corpore mortali ac patibili, ita vt vnus idemq; Christus duas simul vitas duceret, alteram beati, quæ ad animam, qua Deum clarè videbat, cum immenso gaudio, & cum omnibus excellentijs, quibus fruuntur beati in coelo empyreo: & simul vitam viueret Viatoris, subiectam, quæ ad corpus, omnibus miserijs mortalitatis, quas patiuntur homines in hac lacrymarum valle. Ex quo etiam procedebat, vt in eadem anima alia duo coniungerentur valde inter se diffita summum videlicet gaudium, ex clara Dei visione; & summa tristitia, ex nostrorum peccatorum aspectu: Diuina sapientia ita hanc coniunctionem disponente; vt hic Deus & homo sine detrimento gloriæ & maiestatis, quæ debebatur animæ coniunctæ vnigenito filio æterni Patris, simul haberet *h corpus acceptum*, vt sacrificari posset, ac mori pro salute generis humani.

Hebr. 10. 5.

HINC

DUX SPI  
P. DE PONT

HINC etiam tertia vnio prouenit, viri scilicet & infantis in vno eodemque Christo qui existens in ventre suæ matris, vitam ducebat viri perfectissimi, in sapientia, & discretione, vsq; rationis; sicut cum esset triginta annorū: simul verò infantis vitam ducebat, ad instar omnino aliorum infantium: in qua progrediens post Natiuitatem suam, toto tempore infantie, nihil prætermisit eorum, quæ essent infantium propria; magis quam si non fuisset vir: & hoc est c *Nouum* illud stupendum, quod *Isai.* dixit, *Dominum creasse super terram: quia scilicet circumdabit virum*, in suo videlicet vtero virum gestabit.

e *Isai.* 31. 22.

HVC adeo nouæ coniunctioni aliam addeat plane inauditam, qua coniunxit conceptionem hominis absq; viri opera, & vt idem naceretur ex Matre, quæ non propterea definiret esse virgo: ita vt idem Christus Dominus, haberet in terra veram matrem absq; Patre: & una eademq; scemina simul esset mater & virgo, & hoc fuit stupendum illud d *signum* quod *Isai.* dedit Regi Achaz: *Ecce inquit virgo concipiet, & pariet filium; & vocabitur nomen eius Emmanuel*, quod significat nobiscum Deus: quia reuera erat Deus, & nihilominus *butyrum & mel comedet*, sicut cæteri infantes.

d *Isai.* 7. 14.

QVINTA vnio, quæ mundum obscurauit, fuit coniunctio summæ gloriæ cum summa ignominia, per totum eius vitæ decursum, e Natiuitate scilicet eius in Bethlehē, vsq; ad mortem in monte Caluario. ita vt ducens vitam cum sum-

3.

4.

5.

RI  
E



cum summa gloria, qualem decebat ducere filium Dei, in sapientia, sanctitate, & potentia quas tres excellentias stupendis ostendit operibus; simul tamen vitam duxerit adeo pauperem, contemptibilem, & molestatam, & quod amplius est cum summa infamia, ac dedecore apud multos ex populo suo: quoniam & habebatur & tractabatur tanquam ignarus quippiam, stultus, & furiosus contra infinitam ipsius sapientiam, & tanquam peccator, & blasphemus detestandus, contra infinitam eius sanctitatem; & tanquam infirmus impostor, & habens dæmonium, contra diuinam ipsius omnipotentiam.

6.

HINC seuta est SEXTA vnio rerum aliarum non minus distantium, quam fuerint precedentes; mortis scilicet & victoriæ, cruciatus crucis ignominiosæ, & gloriosi triumphus de suis hostibus: ita vt vnus idemq; Christus simul esset occisus, ex malitia & inuidia Iudeorum, Dæmonibus eos ad id instigantibus; qui tamen sua morte vinceret ipsammet mortem, & peccatum, & infernum. & in eodem ligno opprobriorum & cruciatuum ipsius, titulus poneretur eius regni: & inde inciperet regnum tanquam Rex, & Dominus vniuersorum; & corpore ipsius in sepulcro iacente, anima summa spoliaret infernum.

7.

HVIC coniunctioni accessit vltima, in qua Sanctissima illa anima, propria virtute conuenit se corpori mortuo, iacenti in sepulcro; illudque resuscitauit immortale & impatibile

DUX SPI  
P. DE PONT

relis in eo tamen vulnerū cicatricibus, quas dum viteret, accepit in cruce, in manibus scilicet, pedibus & latere. quę signa essent mortalitatis, quam prius habuit; & ignominia, quam sustinuit in cruce. Et postmodum propria Virtute per aera ascendit, penetrans coelos usq; ad omnium supremum: in quo sedet ad dexteram Patris, & qui in humana natura minor est quā Angeli, & omnium supremus in dignitate filij Dei, donisq; gloria.

PRAETEREO hic aliam vnionem rerum sanctissimarum, quam idem Dominus fecit sua Omnipotentia, renouatq; quotidie in Sanctissimo Altaris sacramento, de qua postea futurus dicitur.

§. .I

*Quaratione stupenda haconiunctiones sunt perpendenda.*

**H**AEC sunt septem mirabilia Dei hominis facti, quę incredulis sunt tanquam liber ob signatus; & vt Apost. dixit: *aliter scilicet gentibus aut stultitia: credentibus autem Iudais atq; Gracis, sunt liber apertus, in quo splendet ipse Christus, qui est Dei virtus, & Dei sapientia.* per illa enim admiranda opera ipsum cognoscunt ac venerantur: Quamuis magno stupore & admiratione, iuxta illud Habacuc prophete secundū versionē LXX. quam recepit Ecclesia: *Domine (inquit) considera opera tua & exstupui, siue obstupui, in medio duarum animalium cognosceris.* quę verba (vt no-

a 1. Cor. 111.

b Habac. 11

RI  
E



S. de ciuit. c.  
23. & in Orat  
contra Iud.  
& Paga. c. 13.  
S. Hier. in Ha  
bas. 3.

c. Luc. 2. 16.  
d. Matt. 2. 11.

e. Luc. 23. 42.  
f. Marc. 15. 39  
f. Matt. 27. 54

tat S. August. & S. Hieron.) referri possunt ad v-  
trumq; extremum vitæ Christi D. N. ex quibus  
iudicium ferri possit de ijs, quæ in medio  
eorum euenerunt, à primo scilicet ingressu eius  
in mundum per Natiuitatem in specu Beethle-  
mitica, vsque ad eius exitum per mortem in  
monte Caluario. Quando enim natus est, pos-  
situs est in præsepio, vt canit Ecclesia, in medio  
duorum animalium; vbi ab utroq; populohat  
agnitus Hebræo .f. ac Gentili; conuenientibus  
c. pastoribus tanquam primitijs vnius populi;  
Magis vero tanquam primitijs alterius, vt illi  
adorarent, eiq; tanquã Regi aurum; tanquã  
Deo, thus; & tanquam homini mortali myrram  
offerrent, nihil de cognitione tantæ maiestatis  
imminuêtes eò, quod illã ad eò abiectã videret.  
Et quando idem Dominus mortuus est, fuit in  
xus cruci in medio duorum latronum, brutis  
animantibus deteriorum: vbi tamen à Centur-  
one, quamuis gentili; & à multa plebe fuit cog-  
nitus, qui reuertebantur percutientes pes-  
ra sua ac dicentes: Vere hic homo iustus erat: &  
f. vere filius Dei erat iste; & vnus de his qui  
pendebant, latronibus, eum agnouit, & con-  
fessus est Regem paradisi, dicens: memoro me,  
cum veneris in regnum tuum. considerans igitur  
hæc opera, ait Propheta: expaui, & extitit  
me factus obstupui: videns hinc maiestatem  
Dei infinitam ad eò humiliatam, vt se colloca-  
ret inter brutas animantes, & latrones: inde ve-  
rò, quod in vtraque humiliatione cognosce-  
tur, & venerationi sit; ita vt eadẽ humiliatio-  
nes &

DUX SPI  
P. DE PONT

res & vilitates, quæ in causa esse poterant, cur  
 non agnosceretur, ac proinde contemneretur;  
 ex vltis, vt eadem cognoscatur, & venerati-  
 oni sit Iudæis, & gentilibus; sapientibus, & in-  
 sapientibus; iustis, & peccatoribus, & ijs qui  
 sunt brutis deteriores, quos idem Dominus, di-  
 uini sui vultus lumine adeo illustrabat, vt ipsū  
 agnoscerent, quis esset; adorarent, & æstima-  
 rent O altitudo diuitiarum, & sapientiæ Dei ô  
 immensa Charitatis & omnipotentia magni-  
 tudo? quis alius præter Deum manifestare po-  
 tuisset tantam maiestatem in medio extrema-  
 rum vilitatum quid admirabilius, quàm fili-  
 um Dei videre factum filium hominis, vt ho-  
 mines redimeret? Et quid stupendum magis,  
 quæ videre sapientiã infinitã in vno infantulo,  
 in specie, rerum ignaro, iacere in præsepio  
 in medio duorum animalium? Quis non  
 stat extra se, cum videt bonitatem infinitam,  
 in forma peccatoris, in medio duorum latro-  
 num, atque si ipse talis esset? & quis non ob-  
 stupescens obmutescat, considerans summam  
 Omnipotentiam in forma tantæ infirmitatis,  
 vt pannis inuoluatur, ac ligetur; eademque  
 durissimis clavis cruci affigatur? Vere Dñe  
*consideraui operatua, & expaui*, & in medio  
 duorum horum animalium agnoui, quis sis: vt  
 qui noueris, potueris, ac volueris res aded al-  
 tas coniungere rebus adeo vilibus: vt super-  
 uam meam curares, torporem accenderes, &  
 cor meum igne amoris tui inflammares. O  
 Dilecte mi, *quantò pro me vilior. tanto mihi cha-*

S. Bern. Ser. 1.  
 Epipha 1. l.

RI  
E

*rior*: in tuis abiectiōibus, tuas agnoscam excellentias; & de his æquè ac illis gloriabor, libenter me collocans inter duo animalia, & inter duos latrones optans numerari inter ignaros & peccatores, ut ipsa experientia cognoscam, quantum pro me feceris; & virtutes consequar, quas mihi comparasti.

SE D vltorius adhuc huius cognitiōis Christi Domini nostri perfectionem assequeris, si perpendas vocis significationem, qua LXX. interpretes explicarunt; quod Deus cognoscetur in medio duorum animalium, quod nomen (ut notant Eusebius & Theophylactus) significat etiam vitas; quasi diceret: *cognoscitur in medio duarum vitarum*, diuinæ scilicet æternæ, quam viuit, quæ Deus est; & humanæ ætemporalis, quam viuet, quæ erit homo. Ut intelligas, si cupias perfectè cognoscere Christum vñm, omniaque eius mysteria, ab incarnatione vsq; ad expirationem in cruce, debere te simul considerare duplicem hanc vitam & opera, quæ in eis facit: alia cum alijs conferendo, quorū omnium coniunctionis, cognosces infinitam sapiētiam, bonitatem & omnipotētiam Dñi, qui illam in vnitate personæ coniunxit, ut arrha tibi daret, magnamq; fiduciam, quæ facturus esset in te alii huic similē vnitionem, ob quā duplicem quoque vitam tu ducas, duplici ipsius vitæ similem, vitæ scilicet hominis ex natura tua; & vitæ diuinæ ipsius gratia vnitas in vno spiritu vna cum ipso diuino. Cum Christum Dominum in matris suæ vtero consideras, in quo fuit Spiritus Sancti opera

ob accentū  
diuersum.

Lib. 6. Demō  
str. Euang. c.  
15.

DUX SPI  
P. DE PONT

di opera conceptus, aspiciq; vitam, quam in  
 loco illo adeo angusto, obscuro, & horrēdo vi-  
 uere: eleua statim oculos, ad eundem in immen-  
 so Patris æterni sinu contemplandum: in quo  
 æternū generatur, recipitq; ipsammet vitā  
 dei, & simul cum illo, eam communicat Spiri-  
 tum Sancto, amore & gaudio infinito. Et cum  
 eundem inspexeris in præsepio inter duo ani-  
 mala; aut in cruce inter duos latrones: & at-  
 tenderis vitam, quam ibi ducit in tanta pauper-  
 tate, contemptu, dolore, ac labore: transi mox,  
 ad eundē considerandū in cælo empyreo, in-  
 ter cherubinos & Seraphinos, & in throno in-  
 finitæ maiestatis vitā ducentem, infinitis diui-  
 tijs & gaudijs plenam; & eorum participes fa-  
 cientem creaturas suas: quas vitas, earūq; ope-  
 ra, si ad inuicē contuleris, agnosces immensam  
 magni huius Dei bonitatē, in eo emicantem q̄  
 hanc vnitionē facere voluerit, nō suæ necessita-  
 tis aut cōmodi intuitu, sed animo solū tibi ma-  
 nifestandi amorē, quo te prosequitur; & quāti-  
 faciat tuum remedium, magnumq; suū deside-  
 riū te exaltandi, hunc honorē tuæ vilitati tri-  
 buendo, vt ipsius magnitudini vniatur. Et tūc  
 dices cū Propheta: O vita viventiu: *consideraui*  
*opera tua & ex-paui.* Consideraui opera tuā di-  
 uinitatis, mundi creationē, prouidentiam in  
 gubernando; supplicia prodigiosa, quæ Aegy-  
 pto intulisti: stupenda illa, quæ in populo tuo  
 fecisti, cū mare diuideres, manna de cælo plu-  
 eres: aq̄ educeres è petra; solemq; ipsum in  
 suo cursu sisteres: per quæ opera agnosco, quis

RI  
E

sis ingentesq. tuarum virtutū excellentias. Verum adhuc multò amplius te agnosco, & exprovesco, cū attendo coniunctionē vtriusq. vitæ in te humanæ & diuinæ, quam in tua persona effecisti. hic inquam altissimam tuam sapientiã video, stupēdam omnipotentia, seueram iustitiã, liberalem misericordiã, tuamq; dulcissimam charitatē. O vtinam me tibi similem in vtraq; vita faceres, ob signās diuinã cor meum: & barchium, humana? viuat exterior meus homo: sicut tu viuebas vitam humanã, *portans in corpore meo stigmata corporis tui*, tuamq; continuam mortificationē: vt *h vita tua, in mea manifestetur*. interior verò homo meus viuat, sicut tu diuinam tuam vitam viuebas, renouatus die in diem, & occupatus in te cognoscendo, diligendo, ac fruendo, vt *vita mea sit tecum abscondita in Deo*, transformata in tuam Deum in æternum.

Gal. 6. 17.  
h. 1. Cor. 4.  
10.

1. Colof. 3. 3.

IN hunc modum conferes reliquos vitæ huius Domini modos prædictos, vt in mentalium eum agnoscas: applicando eas ad mysterium, quod consideras. In præsepio licet conferre vitam viri, cum vita infantis; in hereto Gethsemani, vitam Beati lætitiã plenam cum Viatoris vita, timore ac tristitia plena in progressu vitæ eius, licet obaspicere operam coniunctionem, humanorum scilicet ac diuinorum, cum stupenda miracula erga alios patrauerit: sibi verò quæ pœnam doloremq; afferrent acceperit: nolens miraculis vt ad aliquod proprium leuamen. Diuinum quoq; modum attende.

DUX SPI  
T. DE PONT

pende, quo virtutes exercet, quæ propriè sunt humanae, qualis est humilitas in contemptu: spiritus paupertas, in rerum omnium abrenunciatione; patientia in diuersis, mansuetudo in tolerandis persecutionibus; obedientia in præceptis; compassio ac tristitia malorum alienorum.

DENIQUE perpendes, quôdo exercuerit cõiunctionem; duplicem illam vitam actiuam & Contemplatiuam, in quarum medio etiam agnoscitur, in cuius testimonium, quando in Baptismo iecit vitæ actiuæ primordia exercitijs penitentiae: & in transfiguratione aperuit vitæ Contemplatiuæ præstantiam, exercitijs orationis: in vtroque loco fuit paterna voce declaratus filius eius naturalis. vt intelligas in vtriusque huius vitæ medio, te illum inuenturum & cogniturum, ita vt illum ames, & transformeris in viam eius imaginem, ob insignem gratiæ & Charitatis eius participationem.

§. 2.

*Harum septem coniunctionum motiua & causa.*

PERGENS porro, perpendes præcipuas causas, ob quas magnus iste Deus, stupendas has coniunctiones, rerum adeò distantium fecerit: & mixturam, qua illas tanta harmonia colliguit, quæ causæ ad duas præcipuè, easq; maximas reduci possunt. altera ex parte ipsiusmet Dei, quò. s. aperiret nobis (vt ait S. Augustinus)

De Catechi-  
zan rudib.  
c. 4.  
S. Thom. 3. p.  
q. 1. art. 2.

T t 4 immen-

RI  
E



c. 4. de Diu-  
nis nomi-  
bus.

immensum charitatis igne qui in diuino ipso  
pectore ardebat: alteram ex parte hominis, ut  
infinitam peccati eius miseriam repararet, se-  
cumq; illum vniret vnitione eiusdem charita-  
tis: Amor enim, cuius proprietates (refert S. Do-  
nyfio) est, amantem a seipso educere, ut se co-  
municet rei amatae; etsi ita Deum a seipso edu-  
xit in Creatione mundi, ut multis modis se cre-  
aturis suis comunicaret: id tamen totum ad  
erat modicum infinitae ipsius charitati, ut po-  
tuerit reputari quasi non fuerit, donec idem in-  
finitus ignis impulit illum a seipso exire, ut p-  
prium suum esse comunicaret, vnendo diuina  
nam suam naturam cum humana, in personam  
lij. Et quo ignis hic magis resplenderet, non  
legit naturam Angelicam; sed hominis, qui fu-  
rat eius proditor, & inimicus, neque enim maior  
charitas esse potest, quam adeo infinitum bo-  
num, hosti & inimico suo conferre, ut illum  
ibi reddat amicum.

Hoc voluit significare diuina Maiestas, qui  
se aperuit Ezech. prophetae, in aspectu eius  
a Ezech. 1, 27 gura hominis quasi specie electri, quod est  
& argenti mixtura, qui totus per gyrum erat  
si igne accensus: a lumbis eius sursum ignis  
intrinsecus; a lumbis vero vsque deorsum, quae  
specie ignis splendentis in circuitu, velut arcus  
cum fuerit in nube in die pluuia. Quis alius (S.  
Sanctus Gregorius) homo iste erat nisi Iesus  
Christus Dominus noster, in quo conuenit  
aurum diuinitatis, & argentum humanitatis,  
faciente hanc vnitionem infinito igne charita-  
tis &

S. Hiero. ibi.  
Homil. 1. &  
8. in supra.

DUX SPI  
P DE PONT

is & amoris, quo ille nos prosequatur, qui  
 ignis (vt idem sanctus perpendit) antequam  
 hoc mysterium perficeretur, Christusque ge-  
 neraretur in esse hominis, erat quasi intrinse-  
 cus inclusus in pectore Dei, & absconditus in  
 intimo cœli sui Empyreï recessu, vbi se an-  
 gelis communicans, eos in sui amorem incen-  
 debat, vixque ab hominibus cognoscebatur, &  
 amabatur; nisi fortè à paucis aliquibus in Ju-  
 dea, quicquid enim eorum gratia fecerat, et si  
 non se plurimum esset, non tamen plus erat quàm  
 scintilla quædam fornacis immensæ ipsius  
 charitatis. At postquam mysterium hoc fuit  
 operatum, Deusque factus est homo, sparsit  
 hunc ignem super terram, vt amore sui ani-  
 mas accenderet, constituens figuram cœlestis  
 arcus in signum, quod illas sibi reconciliaret,  
 pluuiaque gratiarum suarum iustificaret: pla-  
 cando patris sui iram; & peccatorum diluui-  
 um, quod mundum submergebat, remouen-  
 do. Hos autem ignis radios, in figura arcus  
 emittebat, à lumbis suis vsque deorsum: si-  
 gnificans, omnia mysteria, gressus omnes, &  
 opera ipsius, à Conceptione & Natiuitate, vs-  
 que ad expirationem in cruce, amoris radios  
 producere, & affectus reconciliationis. Quis  
 enim impulit, vt in virginis vterum ingrede-  
 retur? quis vt nasceretur in porticu, & collo-  
 caretur inter duo animalia? quis vt circum-  
 cideretur & fugeret in Aegyptum? quis coë-  
 git, vt capi se sineret & flagellari, & inter  
 duos latrones occidi? id totum fecit amoris

Homil. 3.  
 supra.

RI  
 E

Luc. 12. 49

ignis, arcus reconciliationis, & pluuia gratiarum ac donorum coelestium, quæ secû in nostram reparationem afferebat: vbicunq; illum aspicias, siue in præsepio, siue in cruce, vbique clamat: *h ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur?* Veni, vt mundum reconciliarem, & saluarem, & quid volo, nisi vt saluetur? mecum affero gratiarum & virtutum copiam, quas pluuia instar spargam super terram. Quid ergò volo, nisi vt super omnia spargantur? O Saluator dulcissime, exple desiderium tuum in me, vt & ego meam expleam: quod non est aliud, nisi tuum. Tu enim

1. Cor. 1. 30.

*factus es mihi sapientia mea, mea iustitia, sanctificatio & redemptio mea,* imple me hoc ipso quod mihi es, vt eodem tibi fideliter seruiam.

d Exod. 3. 3

O anima mea, surge, sicut alter Moyses, & dic tibi ipsi: *d vadam & videbo visionem hanc magnam: quæ e rubus ardeat, & non comburatur.* Volo contemplari hanc ignis diuinitatis, com rubo nostræ humanitatis vnionem, considerare splendores ignis & rubi, spinas, ardentem cordis Christi affectus, doloresque & cruciatus, quos in suo corpore tulit. Videbo, quâtu amauerit, quantum fecerit, meique remedii causa pertulerit: accedens valdè prope, vt igne suo me illustret, accendat, atque purificet, & vt eius spinæ me pungant, & puniendo sentent. ô ignis diuine, coniungere rubo humanitatis, tuæ similis in natura: vt etiam sit in gratia, per vnitionem charitatis. Amen.

DUX SPI  
P. DE PONT

§. 3.

*De affectibus hinc prouenientibus.*

**H**Oc itaque spiritu, accedendum tibi est ad diuinorum horum mysteriorum meditationem, coniectis in id oculis, ut affectus & proposita sanctitatis concipias, ijs conformia, quae Christus D. N. intendit unione vtriusque naturae, vtriusque vitae, & operum carum studendo coniungere te cum Deo tuo; vitamque tuam, Christi Domini vitae conformare: & amoris igne, quo ille ardet, accendi: fructumque sumere ex reconciliatione, quam ipse tibi affert: & ex pluuia gratiarum ac virtutum, quibus te inuitat: affectusque tuos semper cum eius affectibus conformare: amando videlicet illum, sicut ipse te amat; humiliando te, sicut ipse se humiliat; tolerando, sicut ipse tolerat; & obediendo, sicut ipse obedit. Nec verò animam abijcias, eò quod videas infinitam distantiam inter te & Deum: ipsius enim omnipotentiae facile est, res etiam disunctissimas unire, & coniungere; nec diffidas, eò quod te valde frigidum inuenias: quia diuinus ignis in momento valet huiusmodi glaciem liquefacere, & in affectus arduos conuertere. nec te peccata tua timidum reddant: Nam statim atque Deus arcum hunc caelestem aspexerit, meminerit pacti tecum iurati, & ignoscet propter eum, si tu humiliter in eius conspectu illum constituas. Si te videris; sicut terram sine aqua, in conspectu

Dei;

RI  
E

Dei; intellige, Christum esse instar nubis, immensis gratiarum aquis plenæ, ut aridam cordis tui terram spargat, faciatque ferre fructus quos desiderat. Denique si assuescas diuina hæc mysteria quotidie meditari, illa te prouocabunt ad virtutum omnium exercitium, crescas quotidie, & in eis proficias, iuxta illud Canticorum; *a dum esset Rex in accubitu suarum nardus mea dedit odorem suum*: Qui sicut in accubitu, & loca, in quibus Rex celestis conuiuium facit suis electis, nisi loca illa, in quibus vitæ suæ mysteria prædicta celebrat. Quod verò nardus dat odorem suum in huius regni præsentia, nisi præstantiores virtutes, quibus ipse amplius oblectatur? Nardus (ait sanctus Gregorius & sanctus Bernardus) est parua quædam plantula, natura calida, quæ peccatorum frigiditates abstergit: estque vehementis odoris, quem eò vehementius emittit, quo magis conteritur. Ideoque repræsentat humilitatem, quæ inclinat ad paruitatem; & charitatem, quæ inflamat cor; penitentiam & contritionem, quæ culpas abstergit; feruorem spiritus, qui torporem repellit: ac denique animæ deuotionem, quæ profert affectus odoriferos & exemplaria opera.

I.

OMNES hæc virtutes actus suos proferunt, dum est Rex in accubitu suo in quocumque enim horum loco eum aspexeris, mox te ad abyssum usque tui nihili demittes: tum ob humiliacionem, quæ tua peccata meruerunt: tum ob raritatem humilitatem Regis, in ei<sup>9</sup> exēplis relucetem.

Nam

a Cant. i. 12.

Greg. in eū  
1061.  
S. Bern. ser.  
42. in Cant.  
G. of. ibid.  
& silus Al  
legoriarum.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONT

Nam cur non se humiliet seruus : cum vider  
 Regem suum ad eum humiliatum : intoleranda  
 inquit S. Bernardus ) esset impudentia, si ad  
 eum se humiliante diuina Maiestate, vilis vermicu-  
 lus superbiat, humiliat se Deus, vt hominis  
 superbiam fanet: & non se humiliabit homo,  
 vt Dei humilitatem imitetur, & quamuis ve-  
 re tibi perspecta tua miseria te non humiliat,  
 id merito facere deberet charitas tui Sal-  
 uatoris, se ad illam reparandam humiliantis.  
 O Rex supreme, me vidente ad eum te esse humi-  
 liatum *nardus mea dabit odorem suum.* qui ta-  
 men odor non meus erit, sed tuus. vt pote pro-  
 ductus a tua virtute & exemplo, & ad imita-  
 tionem odoris humilitatis, quem nardus tua  
 produxit: tanto excellentiorem meo, quanto  
 amplius est ipsum Creatorem se dimittere,  
 quam creaturam se humiliare: sed coniungo  
 nardum meum cum tuo, humiliationem  
 meam cum tua, vt simul vtraque odorem  
 suum producat, qui tibi patrique tuo placeat; me-  
 que faciat dignum, qui in eius conspectu in-  
 ueniam gratiam.

In conspectu eiusdem supremi Regis, nar-  
 dus charitatis vsitatum suum profert odorem,  
 affectuum scilicet amantissimorum, ipsius Re-  
 gis affectibus similibus, & iuxta exigentiam di-  
 positionemque illum aspicientis. Nam, si di-  
 spliceant tibi peccata tua, profert affectus a-  
 mabilis contritionis, cum videt quo sensu idem  
 Dominus afficiatur propter illa, quidque a-  
 gat, patiatumque, vt remedium illis afferat.

Debes

Se m. 1 de  
 Natiuit.

Odorem suum  
 siue eius scilicet  
 sponsi.

I.  
 Odorem suum  
 sibi proprium

RI  
 E

b Luc. 7. 38.  
b Ioan. 12. 3

Debes aut̄ exemplo Magdalena, procidere ad pedes eius, cum fragranti hoc nardi b *unguenti* vt eos *ungas*, dolenter tuos affectus cum ipsius affectibus coniungendo, veniamq; & remissionem tuorum peccatorum petedo. Quod si respiciens spe iam obtentæ veniæ, proferet eadē Nardus gratitudinis & laudis affectus: & cum eadem

e Matt. 26. 7  
e Marc. 14. 3

Magdalena, accipies animū, *caput eius unguenti*, coniungendo feruentia tua desideria sublimis perfectionis, cū præclarissimis operibus quæ ipse fecit: vt tanquam mysticum membrum capiti tuo coniunctū, influentias accipias æternæ vitæ. Qui. n. fieri potest, vt nardus charitatis non producat amorē valdē inflammariū, si est propè ignem infinitum amoris, in ipsius pectore ardentis: ò homo (ait S. Aug.) *si amare pigebat, saltē red amare non pigeat eam*, quæ te amando præuenit: ac proinde amore suo infinito obstringit te, vt tuū illi reddas, qui ad hoc est limitatus. O amator infinite, vellē te amare, sicut me amas, vt amoris mei desideria ita fatiarem: sed ego meum amorem cum tuo coniungo, vt tuus accendat & perficiat meum: contrahar ego ac dissoluar in me ipso, vt totus tibi coniunctus fragrantiorē odorem, feruentiorēque amorem producam. Amen.

3.

IN hunc modū deduces in praxim reliquas virtutes, attendens, vt actus & exercitia tuas sint statui tuo accommodata; proprium tuum odorem non alienū producendo. In conspectu enim supremi huius regis nardus tyronis accipit: perfecti; prælati & subditi; religiosi huius re-

DUX SPIRITUS  
P. DE PONT

ligionis, & alterius producere debet odorem, quem eius status postulat Et propterea forte Apost. dixit: *d induimini Dominū Iesum Christi*. significans quod sicut vestimentum debet mensuræ nostræ accommodari, vt nec sit laxius, nec angustius, aut nimis longum. ita induere debeamus virtutes, affectus & opera Iesu Christi, iuxta nostræ necessitatis & capacitatis mensuram. desiderium enim progredi potest, quousque volueris, & extendi vsque ad id, quod Saluator tuus fecit & perpeffus est: ad proposita, quæ statim debent executioni mandari, non vltra debent extendi, quam tibi competant.

d Rom. 13. 14  
Galat. 3. 27.

CvM igitur ad orationem accedis, cogita, te accedere, vt ipsum Iesum Christum induas & amixeris, in ea figura, quam refert mysterium, quod meditaris. & in eius præsentia constitutus quatuor hæc exerceas. Cogita primum, quantum ille te amet: audi deinde verba, quæ ad te loquitur; aspice præterea opera, quæ pro te facit; ac denique stude in te sentire labores, quos pro te patitur. & hæc omnia induere procura, amando scilicet illum sicut te amat; obediendo ijs, quæ iubet, & offerendo te ad ipsum imitandum in eo, quod facit, & patitur; in eo gradu & perfectione, quæ tibi dabitur: cuius praxim in sequentibus capitibus ponemus.

4.

NOTA.

Quatuor puncta.

RI  
E





## CAPVT XIII.

DE COGNITIONE CHRISTI  
 Domini, quoad ea, quæ in primo suo in  
 mundum ingressu gessit: tam occulte in  
 ipsa conceptione, quam aperte in  
 Natiuitate.



VM adeò sint multa in  
 Christi D.N. vita, eiusque  
 mysterijs legenda, ac medita-  
 tanda, de quibus prolixè  
 dictum est in libro Medita-  
 tionum; nunc aliqua tantum  
 addam de initio ac fine di-  
 uini huius libri. ex quibus facillè cognosce-  
 tur, quæ in medio eius sunt scripta. Nam i-  
 pse Christus D.N. tam in ingressu suo in hunc  
 mundum, quàm in exitu ab eo, singulariter  
 voluit excellere. In ingressu quidem, ut  
 felix quoddam nostræ vitæ principium doce-  
 ret: quod ex vsu nobis esset, ad totam postea  
 feliciter transigendam, iuxta illud: *dimidium  
 facti qui bene cepit habet*. Si itaque felicitas  
 cupis ad Christianam religionem accedere,  
 aut ad vitam religiosam, aut insignem aliquam  
 vitæ mutationem facere: inchoandum tibi  
 est, sicut Christus D.N. vitam suam inchoauit:  
 ut primus religionis introitus) ut ait S. Cypria-  
 nus) sit sicut in mundum Christi ingressus: qui  
 exitu-

Serm. de  
 Natiuitate.

DUX SPIRITUS  
 P. DE PONT

exemplar esse debet, quod in vita nostra imitemur. Sed magis adhuc singulariter in exitu ex hac vita excelluit: quia a *in finem dilexit suos*, a Ioan. 15. 1. maiora eis præbens amoris indicia in fine; quàm dedisset in principio; vt intelligerent, in hoc etiam debere ipsum imitari, multò amplius in vite sanctitate crescentes, cum ad eius finem accedunt, supplices ipsum Deum (vt ait Dauid) orantes, vt singulari curab *introitum & exitum* ipsorum *custodiat*, in quo integra & consummata perfectio est delineata. b Psal. 120. 8.

QVOD ad primum attinet: in ipso Christi Domini nostri aduentu duplicem ingressum licet considerare. alterum occultum in incarnatione & conceptione, quando cœpit esse homo, ingressus in vterum sacratissimæ Virginis: alterum palam & manifestè in sua Natiuitate, cum in specu Berhleemica nascens ingressus est in mundum, vt ab hominibus *in terra videretur, & cum hominibus conuersaretur*. c Baruc. 3. 38. In primo cœpit vita contemplatiua & vnitua, & interior atque recollecta; in secundo cœpit actiua, & exterior, quæ ostenditur in vsu rerum externarum, & conuersatione cum proximis, licet altera alteram semper sit comitata: & in medio vtriusque & in earum coniunctione agnoscemus admirandas eius virtutes, vt eas imitemur.

RI  
E

## §. I.

*Quatuor virtutes exercuisse Christum Dominum nostrum in sanctissimo Matris utero.*

*1 Iere. 31. 22.*

**I**N primo introitu, coniunxit hic Dominus perfecti a viri exercitia, cum corpore infantis parvuli; in quo excellentissimas tres virtutes exercuit, quas commemorat Propheta Ieremias, cum dicit: *b bonum est vir*

*1 Thren. 3. 27*

*70, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit super se.* Quis est, qui per excellentiam VIRI nomen mereatur, nisi Christus Seruator noster, qui elegit, vt fieret homo, & ingrederetur per gressus ætatis, sicut cæteri homines: vt coniungeret viri præstantiam, cum vilitate infantis: & stupendo quodam, nouoque modo, a primo suæ conceptionis instanti, coepit esse vir, & portare iugum Domini: sedens per nouem menses in solitudine ventris vnius feminae; tacens in summo silentio, & se eleuans in immensam magnitudinem super se: vt non suo exemplo te doceret, qua ratione sit tibi inchoanda vita, à primo instanti vsus rationis, quod si iam hoc præterijt, optes verò nunc recens illam inchoare, vt videas, quale principium accepturus sis à iuuentute tua, aut ab hac ipsa ætate, in qua nunc es, & quam cupis feruenter inchoare.

**I.**

PRIMUM in primo illo aditu suo in mundum

DUX SPIRITUS  
S. DE PONTI

lum, obtulit se generosè, ad portandum iugum  
 perfectissimæ obedientiæ, & subiectionis, vo-  
 luntati æterni sui Patris, sanctæ eius legi,  
 & ijs omnibus, quæ ille de ipso constituere  
 vellet; siue vt ageret, siue vt pateretur in pro-  
 gressu vitæ suæ, vt mirificè perpendit Apost.  
 ex ijs, quæ Dauid in persona huius Domini di-  
 xerat: quod *ingrediens mundum æterno suo*  
*Patri dixerit: Ecce venio vt impleam, quod in*  
*capite libri scriptum est de me, vt facerem vo-*  
*luntatem tuam.* Deus meus, eandem & ego vo-  
 lo, eamque & *legem tuam in medio cordis mei*  
 colloco. legerat sanctissimus hic Saluator in  
 primo illo instati, & exactè intellexerat quic-  
 quid de se in sacra scriptura prædictum e-  
 rat, præcipuè præcepta & consilia omnia, ad  
 perfectionem spectantia; & quicquid dicturus  
 ipse esset, factururus, atque perpessus: & mul-  
 ta præterea, quæ Pater æternus in æternæ suæ  
 prædestinationis libro, de ipso scripta habebat  
 cuius initio scripta illa erant, eò quod ipse  
 caput esset prædestinatorum. Et quamuis in-  
 ter ea essent plurima horrenda, & quæ dolo-  
 rem & ignominiam afferrent; omnia tamen i-  
 pse summo amore complexus est, & in medio  
 cordis sui collocavit, tanquam res pretiosas  
 sibi que charissimas: se ipsum offerens ad ea ex-  
 equenda, nec iota aut apice vho prætermisso:  
 O altissima obedientia, resignatio per-  
 fectissima: & flagrantissima charitas?  
 quæ talem obedientiam produxit tan-  
 ta velocitate, vt neque ad instans fuerit  
 cuncta-

*Bonum est*  
*viro, cum*  
*portauerit*  
*iugum ab*  
*adolescencia*  
*sua.*

Heb. 10. 5.  
 psalm. 39. 7

RI  
 E

cunctata; cum tanta integritate, vt nec apicem prætermiserit; cum tanta hilaritate, vt in medio sui cordis collocauerit; & cum tanta perseuerantia, vt numquam defecerit, aut aliquid in ea relaxauerit: donec in hora mortis aduertens, vnicum adhuc desiderasse eorum, quæ in hoc libro legerat, vt illa scriptura impleteretur: dixit: *Sine* cum oblatum acetum accepisset, dixit: *Consummatum est.* & impletum quicquid de me scriptum erat in libro Patris mei, & ego ampleui, quicquid in meæ conceptionis instanti obtuli me impleturum. Gratias tibi Saluator dulcissime, ob generosam voluntatem, qua te obtulisti ad graue hoc iugum portandum, concede mihi, vt ex nunc ego meam voluntatem tuæ subijciam, *e tuumque iugum tanto amore tollam*, eo quod sit tuum, & iudicem esse *leue*. Disce, ô anima mea, legere, cum Seruatore tuo, quod scriptum est tibi in libro legis eius, ideo siquidem est scriptum, vt tu exequaris: forti itaque animo dic ei: *ecce venio*, paratus ve impleam quicquid habes voluntas tua erit mea, & in medio cordis mei integra semper erit.

d Ioan. 19. 28

e Matt. 11. 30

4.  
Sedebit solitarius & tacebit.  
Vita contēplatiua forma.

H A C oblatione peracta, secundo loco amplexus est idem Saluator in eodem instanti solitudinem, & silentium, quod elegerat pro primo suo in mundum ingressu: quamuis enim perfecti viri corpus sumere potuisset, sicut creauit Adamum in paradiso: voluit tamen incipere ab statu & ætate infantis, quò

se fo-

solitudini, silentio, & angustijs obstrin-  
geret, quæ in ventre matris tolerantur: man-  
suetudo enim in carcere illo cum generali quadam  
mortificatione rerum omnium, quæ possunt  
in hoc mundo sensus recreare: ex tunc inci-  
piens offerre sacrificium sui ipsius, cum vo-  
luntaria rerum omnium visibilibus ac dele-  
ctabilibus huius mundi abnegatione. Et quam-  
vis infantes reliqui hæc non sentiant, quia  
clarificationis carent: nec sciunt, in quo sint lo-  
co: at benignissimus hic infans, ut potè qui  
vir esset, noverat omnia, sentiebat, amplecte-  
batur, & eis omnibus delectabatur: hoc exem-  
plo docens eos, qui sunt in publicum exituri,  
ad conuersandum cum hominibus, quan-  
tum illorum referat, per aliquod tempus,  
in secreto & solitudine agere cum Deo: in  
quam enim finem, recessit ipse postea in de-  
sertum; in quo per dies quadraginta man-  
suet, priusquam ad prædicandum in publicum  
prodiret.

SE D quoniam parum prodest corporis so-  
litudinis & silentium, nisi socium habeat soli-  
tudinem Spiritus. hanc maiori voluptate in  
illo instanti amplexus est. Solitudo spiritus  
est cum absint imagines, cogitationes, & af-  
fectiones creaturarum, quæ occupantes &  
conturbantes cor, conuersationem impediunt  
& vnitionem cum Deo. Silentium vero spi-  
ritus est, quando is non se occupat cum his  
creaturis, nec interius cum illis loquitur, sed  
cum solo Deo, cum quo totam suam conuer-

fationem habet; & hæc sancta solitudo & silentium, fuit semper ipsi Christo Dño familiare, quamuis esset in medio plurimorum: ipse enim de se dixit, se, quamuis *f. descendisset de cælo*, semper tamē *in cælo esse*: spiritus enim eius erat ipsius cœlum, in quo ipse latebat, contemplanans ac videns Deum.

*f. Ioan. 3. 13.*

3.  
*Leuauit se  
super se.*

Et ex tunc cœpit seipsum eleuare supra se per sublimia orationis & contemplationis exercitia. cum enim se in eodem instanti videret eleuatum ad infinitam dignitatem filij Dei, propter hypostaticam vniōem & leuauit quoque se super omnes Cherubim & Seraphinos, ad supremam cum Deo coniunctionem per cognitionem, amorem & fruitionem. in eo enim instanti diuinam vidit essentiam, in qua tanquam in libro, clarissime legit omnia præterita, præsentia, & futura per totam æternitatem. Vidensque bonitatem illam infinitam, amplexus est eam. Brachia charitatis, summiq̄ue amoris, exultans, quod eam summo gaudio possideret. Tunc omnes affectus produxit orationis, qui possibiliter rant, nunc laudando & glorificando Deum ob infinitas, quas in eo videbat excellentias nunc immensas gratias agendo, ob immensas in se collata beneficia: nunc adorando per totum vniuersum, nouosque fauores pro fratribus hominibus; & hoc modo inchoatam orationem continuauit per omnes sua

mort-

DUX SPIRITUS  
P. DE PONT

mortalitatis dies *gum valido* (vt ait Aposto-  
lus) *clamore & lacrynis*, conuertens ventrem  
matris suæ in oratorium, multò exactius, quàm  
si *Ionas* conuerterit *ventrem Ceti*. O Saluator  
dulcissime, qui in ipso ventre matris, ascen-  
disti *ad montē myrrhae & ad collem thuris*, cō-  
iungens tam sublimem mortificationem sub-  
limi ad eò orationi, docens me ædificare in spi-  
ritu meo donum solitudinis, vbi raceam, & o-  
rem in abscondito, & me ipsum eleuem supra  
me tecumq; summo bono meo coniungam in  
æternum. Amen.

Cum his tribus virtutibus coniunxit hic  
Dns quartam, tanquam earū fructum zelū vi-  
delicet ardentissimum salutis animarum, qui  
eo momēto cepit comedere eius viscera, &  
impellere ad eas iuuantas orationibus & ob-  
lationibus, quas pro eis offererat, nam statim  
cepit exequi, quod licebat; magna beneficia  
sanctissimæ suæ Matri conferendo, & suauissi-  
mas inspirationes communicādo: per quā vo-  
luit etiam præcursores suos Ioannem sancti-  
ficare, & Spiritu S. replere, magnisq; facoribus  
prosequi, vt contemplatiui intelligant, sic se  
debere supra se eleuare, quò vacent Deo, vt  
proximos suos non negligāt, sed quādo possint  
a seipsis rebusq; proprijs exire, vt res fratrum  
suorū iuuent orationib. & gemitib. aut per a-  
lios, qui ad id talentū habeant: zelo & oratio-  
ne sua illos comitando, sicut postea dicemus.

In quatuor his virtutibus imitandus tibi  
est Saluator, si vis ad vitæ contēplatiuæ culmē

g Heb. 5.7.

h Iona. 2.2.

i Cant. 4.6.

4.

RI  
E



ascendere, ingressus tanquam in oratorium  
 in ventrem alterius matris, quæ te omnino  
 solum, recollectum, beneque animatum ha-  
 bebis. Et quænam hæc mater est, nisi Domi-  
 nus ille, qui ut per quendam Prophetam  
 suum dixit, *portat nos in utero suo, & gesta-  
 bit in vulua*, quamdiu vita supererit? In-  
 gredere intra ipsam diuinitatem, quæ te  
 omni parte circumstat, sicut mater in ven-  
 tre suo circumdat infantem, & *abscondit se  
 cum Christo*, ora simul cum illo, tanquam  
 exemplar tuæ orationis, Magistrum, & ad-  
 iutorem accipiens. O cœlestis Magister, *qui  
 in pernoctabas in oratione Dei*, & in ipso ma-  
 di aditu prolixam habuisti noctem nouem me-  
 sium, quam consumpsisti orando in obscuro &  
 tenebroso Matris tuæ ventre, doce me orare  
 oratione Dei, qua ingrediar ipsummet Deum  
 loquarque cum illo seorsim, ita ut non me  
 creaturæ turbent.

§. 2.

*De quatuor alijs virtutibus, quas Christus  
 D. N. in sua Natiuitate  
 exercuit.*

**I**NVISIBILI ingressu nostri Salu-  
 toris in mundum, cum scilicet in spe-  
 cu Bethleemica natus est, ostendit ex-  
 cellentissimum spiritus feruorem, tanquam  
 iaciens totius Euangelicæ perfectionis soli-  
 da fundamenta. Quamobrem de eo scriptum  
 est.

DUX SPIRITUS  
 P. DE PONT

k Isa. 46. 3.

l Colof. 3. 3.

m Luc. 6. 12.

est: *Deus ab Austro veniet, & Sanctus de monte Pharan.* vt enim S. Gregorius aduertit, ab eo loco venit Deus, vbi se manifestat: sicut manifestauit in Bethleē, quæ est ad partem venti austris, & ad meridiem respectu ierusalem. inde enim venit, operante eius aduentum virtute Spiritus Sancti per austrum significati, & obumbrante virginem, quæ ipsum concepit. figuratâ per montē Pharan siue vmbrosū. Sed in hoc ipso loco manifestauit etiam se ipse Christus Dominus noster in operibus perfectissimi feruoris, sicut lux & ardor meridiei, ex inspiratione diuini Spiritus, illū ad ea inducentis, licet in specie, vmbrosa apparerēt, ac despecta: eoq̄ mirro modo supremâ suam internam excellentiam contegeret infima illa externa vilitate, in quatuor rebus pænalibus quæ maiestati eius nihil nocerent: in paupertate scilicet, opprobrijs, doloribus, & laborib⁹; quibusdam eorū à suis inimicis illatis, alijs propria sua electione in hominum vtilitatem susceptis, licet omnibus valde voluntarijs. quorum omnium meminit ipse Dominus, per os Dauidis dicens: *n pauper sum ego, & in laboribus à inuentute mea educatus, exaltatus autem cum essem, humiliatus sum & conturbatus.* Omnino in sua iuuentute cepit hos labores sentire, qui statim in sua Natiuitate, eis dedit initium: super has quatuor pænalitates, tanquam super proprias bases erigens quatuor virtutes, quæ veluti columnæ sunt Euangelicæ perfectionis.

• Habac. 33.  
LXX. verte  
runt.  
de monte  
vmbroso &  
condenso  
Lib 31. Mor.  
c. 18.

• Psal. 87. 16

1.  
Pauper sum  
ego.

PRIMUM enim tunc exercuit heroicā vā-  
de PAUPERTATEM SPIRITVS, etiam  
cum exspoliatione rerum omnium terrenarū  
siquidem, vt in mundum nascendo prodiret,  
deserere voluit domum & commoditates, quas  
in Nazareth habuisset; & ea occasione in  
Bethlehem se contulit, vt cogeretur, tan-  
quam pauper hospitium mendicare; quo in  
ciuitate non inuento, pauperrimum & abie-  
ctissimum elegit vile scilicet stabulum, vbi  
pro lecto p̄sepium habuit. Paupertati con-  
iunxit.

2.  
Humiliatus  
sum.

CORDIS HUMILITATEM sororem eius, &  
ligens contemptus eosque amplectens: neque  
solum elegit locum vltimum & abiectissimum  
ad nascendum, vt .s. inter animalia natus col-  
locaretur: sed adiecit quoque, vt octauo die cir-  
cumcideretur; quod signum erat propriū pec-  
catorum. neque enim satis sibi esse existima-  
uit, quod se ad formam hominis sumendam de-  
misisset, nisi etiam ad imaginem peccatoris  
suscipiendam progrediretur; quamobrem ex-  
altatus fuit honore, quem illi Angeli derule-  
runt; & postea etiam Magi: Mox tamen hono-  
rem illum secutus est contemptus, vt humilia-  
tio eminentior appareret, quæ post exalta-  
tionem sequeretur.

Exaltatus au-  
tem humili-  
atus.

DVA BVS his sororibus, tertiā coniunxit  
heroicā PATIENTIAM in doloribus, incipi-  
ens statim eos delibare, tū ob seueritatem tem-  
poris, in quo natus est: quia ex sponte elegit in  
hyeme nasci, vt frigoris rigorem experiretur.

In li-  
tuue  
mca.

DUX SPIRITVS  
P. DE PONTI

um ob cultum circumcissionis, qui delicatam  
 Carnem abscidit, effuso pretioso sanguine, quo  
 nostræ redemptioni principium daret, oblato  
 eius pretio. Intra paucos etiam dies, persequen-  
 tem Herodem coactus est fugere per loca de-  
 serta, in Aegyptum, ut maioribus ibi laboribus  
 exerceretur.

His accessit quarta virtus, quæ reliquas su-  
 pra modum exaltat, ingens inquam **FERVOR**  
**SPIRITVS**, ab incensa eius charitate, zeloq;  
 diuinæ gloriæ, & salutis animarum proueniens  
 pro quibus has omnes pœnalitates subibat, re-  
 medij nostri, consolationis, & exempli causa  
 proponens eas nobis pro argumento meditati-  
 onis & imitationis, ut hic dicere nobis liceat cū  
 sponsa *c fasciculus myrrha dicitur meus mihi,*  
*inter vbera mea commorabitur.*

4.

c Cant. 1. 13

**COGITATA** itaque, dilectum tuum esse tan-  
 quam arborem myrrhæ, quam per suos poros  
 distillat, cuius cortex, si pungatur & findatur,  
 ea fuit abundantius. Nam tota eius vita, non  
 aliud fuit, quam continua quædam paupertatis,  
 contemptus, doloris, & laboris exercitatio,  
 quas pœnalitates ingenti amore distillabat siue  
 eas propria electione subiret; siue acceptaret,  
 quas hostes illi inferebant, & pungentes du-  
 riterque tractantes in persona, fortunis, ho-  
 nore & vita. Ad sanctissimam hanc arborem  
 est tibi accedendum, ut horrendas eius amari-  
 tudines metidando, perpendas, colligasque  
 aliquam earum in partem tuam memoriam, ut  
 eas diutius inspicere possis, ponens illas,

(ut ait

RI  
 E

et. 43. in  
Cant.

ia r. e. Cant.

Colof. 3. 14

(vt ait S. Bernardus) non retro in dorso, sed in pectore: vt tua consideratio sit continua, & amabilis, cum duplici tenero affectu: altero commiserationis, altero gratitudinis. condolendo scilicet ob ea, quæ pro te passus est; simulque eum laudando, immensasque gratias agendo, quod talia pati pro te voluerit. Verum his non contentus, colliges quoque tibi (vt S. Gregorius suadet) fasciculum alium mortificationis & virtutum illius virtutibus simulum: operam ex toto corde imitari ipsius nuditatem, delictum, laborem, & dolorem: vt occasione accipias exercendi eius paupertatem, & humilitatem. eius patientiam & feruentem zelum, laudando hunc fasciculum affectu amoris & charitatis, d *quod est vinculum perfectionis*. Sic enim fiet, vt quamuis plurimum myrrhæ colligas, non sit tibi sarcina grauis, sed leuissimus fasciculus: quia charitas reddit illum suauem: carnisque amaritudinem conuertit in Spiritus dulcedinem. Quando enim non erit tibi fasciculus, quod pro te patitur, ipsemet Deus, factus tui causa infans? Quomodo non ponas ante pectus tuum, quod ipse ante suum posuit? Quomodo obliuioni trades, & in dorso tuo pones, quod ipse semper coram oculis suis habuit? Ne itaque vnâ tantum aliquam virtutem colligas; sed fac ex omnibus fasciculum. vna enim sola grauis esset: omnium verò coniunctio erit leuamen. Nam humilitas suauem facit paupertatem; patientia incunda est cum charitate; & ipsa charitas dulcorat humi-

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTI

erat humilitatem, & vnius virtutis difficultas  
 alterius societate superatur; omnesque con-  
 creverent opimè cum societate dilecti, qui se il-  
 lis exornavit. O dilecte cordis mei, ex hoc e-  
 ris mihi fasciculus fragrantis myrrhæ. si enim  
 te amo: quicquid in te videro, erit mihi dulce  
 ac iucundū; odor, quem illud habet, eò quod  
 in te fuerit, confortabit me, & animabit, vt de-  
 lecter, si semper mecum illud habeam. Dili-  
 gam te ego sicut tu me dilexisti: & statim  
 dulce erit pro te pati, quod pro me tu susti-  
 nuisti.

HINC consideratione progredieris ad ea, quæ  
 idē Dominus deseruit, & quibus vt quatuor  
 pœnalitates indueret, renunciauit. perpen-  
 dendum enim est tibi: Si supremus tuus Re-  
 demptor in mundum intrare voluisset, vesti-  
 tus & ornatus iuxta statum & dignitatem su-  
 am; ex Iustitia illi debebatur splendidissima  
 vestis quatuor gloriæ dotium: erat enim be-  
 atus, quoad animam suam: omnes verò be-  
 ati habent corpus gloriosis dotibus ornatum,  
 quas vulgò appellamus claritatem, Impatibi-  
 litatem, Subtilitatem, & Agilitatem. Sed hic  
 Dominus, quò e aptum corpus assumeret, quod  
 sacrificari pro nobis posset, pretiosæ huic vesti  
 renūciauit; induit verò aliam intexam, siue ex  
 quatuor partibus compositam, quas possemus  
 appellare quatuor dotes miseræ & pœnalita-  
 tes. pro dote enim claritatis, induit se ignomi-  
 niam; pro impatibilitate, dolorib⁹; p subtilitate,  
 paupertatis oneribus; & pro agilitate, labo-  
 ribus

Quatuor re-  
 bus Christus  
 renunciauit

Heb. 10. 5.

R  
 E

ribus ac defatigationibus : & hoc ornamento  
vestitus ingressus est hunc mūdum visibilem,  
reponēs pretiosam illam vestem, donec ingre-  
deretur ad possessionem capiendam regni Pe-  
tris sui. Et quamuis *in monte Thabor*, eam

Matt. 17. 2.

induit, solum id fuit, vt quomodo sibi quadra-  
ret, experiretur; carnemque suam animaret ad  
tormenta passionis sustinenda; spe recipienti  
postea vestem illam gloriæ integram, valde-  
que perfectam per totam æternitatem, quam

Luc. 9. 31.

propterea statim exiit, vt *g excessum* impeteret  
*in Ierusalēm*, de quo *cum Moyse & Elia loqua-*  
*batur* : qui excessus erat in paupertate, oppro-  
brijs, doloribus & laboribus, amoris excelsi  
toleratis, In his enim omnibus reb voluit cui

Gen. 37. 3.

excelsissimus noster Iesus excellere, si ita loqui le-  
cet, nimius esse; laborans & patiens pro nobis  
multò amplius, quàm pro nostra reparatione  
esset necessarium: nimio amore ipsum extra se  
deducente: ad quem spectat huiusmodi excelsus  
facere. Aspice igitur verum hunc Iosephum,

cum *tunica polimita* variorum colorum, quæ  
ad pedes vsq; descendebat, quam fecit illi pa-  
ter infantulo, quatuor prædictarum penultima  
tum varietate intertextam, quæ vt proprio  
psus sanguine tingeretur, iuuit fratrum eius  
inuidia. Attende item, quod quamuis eam infans  
induerit, & ad propriam mensuram formam  
que tunc accommodauerit; vt tamen ipse ætate  
crescebat, ita etiam creuit ipsa vestis in varie-  
tate laborum vsq; ad summum. Nam et si tota  
vitâ valde pauper vixit, *i non habens vbi caput*

Kuc<sup>o</sup> 1. 58.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTI

uum realinaret, & saturatus opprobriis, l vt vir  
 esset dolorum, multisq; laboribus lassatus, por  
 tans semper iugum quatuor harum pænaltita  
 tum, continuo hanc crucem baiulans, cali  
 demq; hunc amarissimum bibens, & horrendo  
 vo. baptismo baptizatus. In morte tñ seipsum  
 superavit, & ea, quæ tota vita passus fuerat: vo  
 luit ipsius Charitate, dilatare, quantum po  
 terat & expediebat, rigorem harum pænaltita  
 tum, donec eis submersus moreretur, offerete  
 summo hoc n Sacerdote, veste hac, quatuor his  
 colorib. texta induto, sui ipsius sacrificium pro  
 nostris peccatis.

REQUIRE humiliter ab ipso causam,  
 cur huiusmodi vestem in sua natiuitate, totâ vi  
 tiâ ac morte induerit; audiesq; respondentem  
 sicut fecisse, vt filios huius sæculi confunderet,  
 induentes vestem hominis veteris, quatuor mû  
 ditæ gloriæ, dotibus textam: quæ sunt diuitiæ,  
 honores, voluptates, & solatia; fundantes in eis  
 cupiditatem, superbiam, carnalitatem, & vitia  
 iniquitatem hostes salutis eorum æternæ. O  
 magister supreme, ex hoc nunc renuncio huic  
 veteris hominis indumento, quod tu tanto pe  
 re horruisti; o induam, verò vestem hominis  
 noui, quam tu a deo amasti. Paupertatem tuam  
 omnibus mundi thesauris præfero; plures tuas  
 facio ignominias, quam omnes infidi honores  
 malo dolorum ac laborum tuorum particeps  
 esse, quam delectationum & solatiorum,  
 quæ pereunt. Seruetur vestis cum dotibus  
 gloriæ in alteram vitam: mihi in hac  
 peregrin-

k Thre. 3. 30.  
 l. sc. 33. 3.

m Marc. 10.  
 38.

m Exod. 2. 24

1.

o Colof. 2. 9



peregrinatione gloriosum erit, illam induere quam tu induisti.

2.

HIC præcipuus est affectus, & præcipuum propositum, quod ex hac consideratione colligere debeas: persuadens tibi, quod, si obtinere velis patris tui cœlestis benedictionem, oporteat exuere te, sicut alter p[er] *iacob*, consuetis vestibus, quibus terrenum Adamum imitaberis; induere verò pretiosiores fratris tui Christi Iesu. p[er]nalitates complectens, quæ in Charitate cum ipsius p[er]nalitatibus coniungantur. Et tunc odor huius vestimenti prouocabit æternum Patrem, vt cœlestibus te benedictionibus in hac & in futura vita repleat. Nam pro paupertate tibi dabit diuitias suæ gratiæ; pro opprobrijs, magnos fauores exhibebit; pro doloribus, immensa solatia; & pro laboribus gaudia ineffabilia.

p[er] *iacob*. 27. 15.

3.

q[ui] *ioan*. 19. 23.

MEMENTO, milites, qui Christum crucifixerunt, q[ui] diuisisse sibi vestimenta eius in quatuor partes. vt unicuiq[ue] pars vna cōtingeret. forte vero obtigit vni tunica eius inconsutilis, & super contexta per totum; ad significandam hereditatem, quam Christus Dominus suis militibus relinquit, distribuens illis hanc vestem in quatuor partium. Quibusdam enim partem tribuit paupertatis, alijs partem contemptum; his dat partem dolorum & infirmitatum: illis laborum ac defatigationum in suis officijs & ministerijs: sed alijs tamen feliciori sorte, dat tunicam inconsutile, & super contextam per totum; varietate scilicet quatuor

DUX SPIRITUS  
S. DE PONTI

quatuor harum pœnalitatum : vt exerceantur  
 illis ab iniriõ vsq; ad finem vitæ : ipsi verò  
 magna alacritate easdem amplectuntur eius  
 amore, qui prius eas induerat. Beati qui felicē  
 adeo lortem acceperunt, quæ illis *cecidit in*  
*præclaris*. Nam et si viles sint in oculis mun- r Psal. 13. 6.  
 di, prætio sã tamen sunt & præclaræ in oculis  
 Christi : propterea enim illas ipse induit. O  
 Redemptor dulcissime, in cuius manibus for-  
 tesmeæ, nullas volo meliores quam tuas imi-  
 tari pœnalitates, quas suscepisti ; & virtutes,  
 quas in eis exercuisti: certus sum enim, si hanc  
*vissem habuero*, me non excludendum à Nu- s Matt. 22. 11  
 tuis; sed admittendum ad eas, vt regnem gau-  
 deamq; tecum in æternum, Amen.

CAPVT XIV.

DE LECTIONE ET MEDITA-  
 tione in libro Iesu Christi crucifixi, &  
 isto præstantissimis proprietatibus di-  
 uini amoris vnitui, qua in eo e-  
 luxerunt.



IBER compendioissimus, maxi-  
 mē sublimis, & efficax ad mysti-  
 cam Spiritus scientiam, est Iesus  
 Christus crucifixus, apertus, & ex-  
 tensus in cruce ; vt legi possit ac  
 intelligi ab omnibus, qui ad id oculos habent,  
 quod aperte nobis significauit S. ille Apostol⁹,

Dax. Spirit. Tract. II.

Xx

qui

DUX SPIRITUS  
S. DE PONTI

a 1. Cor. 2. 2.

qui est raptus ad tertium cælum, viderit arcana Dei, volens tñ cū hominibus loqui, dixit mihi *hunc crucifixum* quasi diceret: omnia arcana, quæ mihi fuerunt reuelata, comprehenduntur in Christo Iesu crucifixo: & cognouit quod in abbreviato hoc diuino libretto tinetur, nihil super est illi sciendum, nisi perfectè sapiens. Quamobrem quicquid cogito, quicquid prædico, & scribo, non aliud est, quam Christus crucifixus. Hic esse debet liber, in quo semper studeatis, cogitetis, accedite mini: de eo vobis est loquendum, agendumq; de eo est vobis glorandum; quodcumque in eo videritis, imitandum; ille (sicut ait Iob)

b Iob 41. 36.

*b circundandus quasi corona capiti vestro, & pronuntianda per singulos vestros gressus, & operum vestrorum exercitia, virtutes quæ in eo sunt scriptæ, & quasi principi Regique cælesti offerendus, tanquam titulus & causa, ob quam suis vos gratijs & misericordijs repleat. Nil minus excusare se potest ab huius libri lectione. Nam (vt ait S. Laurent. Iustinianus) sapientia & simplices multa in eo habent, quæ legere possunt, capacitati suæ accommodata. Simplices aspiciendo quod est *exterius scriptum*; sapientes penetrando ad id quod *intus est scriptum*; exterius scriptus est literis horrendorum dolorum & cruciatuum; intus literis insignium gratiarum ac virtutum: exterius scriptus est manu carnificum & satellitum; intus digito ipsius Dei, qui suis donis illū repleuit. Flagellat*

suora e. 9. ex  
S. Grega lib.  
20. Mor. e. 14  
Li. de triumpho  
Christi. e. 20.  
c. Apoc. 5. 1.  
c. Ezech. 2. 9

tionæ, & clavi instrumenta fuerunt literarum, quæ exterius apparent; sed facultates & virtutes sanctissimæ eius animæ fuerunt instrumenta heroicarum literarum, quæ interiorius elucet: &, vt dixit Ezechiel propheta, in eorum præcipue sunt scripta *lamentationes carmen* & va. in eo enim manifestantur efficacissima motiua ad nostra peccata deflenda; & ad ipsum Deum, ob immensa eius beneficia laudandum; ac denique ad horrenda eius supplicia pertimescenda.

d Ezech. 2.9.

§. I.

*Praxis Meditationis ex his tribus motiuis.*

PRIMUM ergo legendi sunt tibi planctus & lamentationes in hoc libro scriptæ: vt perpendas cruciatus, & dolores omnes saluatoris, tam interiores, qui in eius anima sunt scripti: quam exteriores, qui in corpore; vt exstentur tibi lærymæ, videnti, quæ absq; vlla culpa patitur innocentissimus hic agnus, qui venit, vt peccata mundi tolleret. Attende quo pacto hic Dominus, in horto Gethsemani, voluerit initium dare huic dolorum scripturæ, ipse scribente nõ alio calamo, quàm propria sua imaginatione, in qua ad viuum depinxit dolores oes, ignominias, atq; labores, qui ipsũ manebat, ita vt statim magna vehementiã, p̄duci cep̄erint affectus tristitiæ, timoris, & diu. p̄noris & agonie, adeo vt sanctissima eius anima transfigurata & transformata fuerit in dolorosã imaginẽ, q̄

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTI

erat habiturus in totius passionis decursu. Quod  
verò hi characteres interni legi possent, voluit  
eorum externa quædam indicia dare, erumpen-  
tem scilicet per corporis poros sanguinem  
sudorem, terribilem adeo, ac tremendam, ut  
satis ostenderet immensam amaritudinem af-  
flicti cordis, ex quo procedebat. Quod si sola  
representatio, characterum describendorum  
cum funeribus flagellis, spinis, & clavis  
tutum sensum huic Domino attulit, ut sangui-  
neas lacrymas per omnes corporis poros ex-  
primeret, quem postea sensum eisdem attu-  
erint iisdem funes quibus delicata eius brachia  
deliciter ligabantur; flagella, quæ totum eius  
dorsum fulcabant; spinæ, quæ cerebrum pe-  
netrabant; & clavi, qui manus & pedes tra-  
figebant? & quem sensum par est, ut efficiat  
in corde tuo, horum omnium memoria? Quo-  
modo poteris lamentationes huius libri le-  
gere, quin lacrymarum fontes ex tuis oculis de-  
mittas, flens cum flente, cuius fletus tu sis causa  
præcipua.

2.

MULTO autem amplius hæc senties, si be-  
nè perpendas, quid hi characteres significent.  
Hæc inquam Domini tui vulnera & tormenta  
omnia enim unà tibi significat culpæ gravita-  
tem, ad cuius satisfactionem, terribilem adeo  
pœnam destinavit; multitudinem & va-  
rietatem nostrorum peccatorum, pro quo-  
rum remedio tot tamque varios subijit cru-  
ciatus; inventiones detestandas peccatorum  
ingratorum ad quorum curationem dire-  
in auct.

invidita dolorum & contemptuum remedia. Legens itaque ac meditans, quid Saluator tuus, pro alienorum peccatorum satisfactione sit perpeffus, simul quoque intelliges penitentia ac mortificationis remedia, quæ debeas adhibere, vt te purges à peccatis proprijs, *Corona* spinarum capiti infixâ planctum significat, quem pro tuis superbijs facere; & constantiam, qua illas mortificare debeas.

*Fel & acetum* te docent, quomodo vincas gulâ & helluationes tuas; totius corporis eius *nuditas*, est rerum omnium renunciatio; pedum manuumque *clavi* in cruce sicut carnis tuæ crucifixio cum vitijs & concupiscentijs tuis; *lancea*, quæ latus eius aperuit, te docet cor tuum aperire; vt culpas tuas confitearis: desque locum diuinis inspirationibus; fluens ex venis omnibus *sanguis*, monet te resistentiæ quæ peccato debeas adhibere, effundendo, si opus erit tuum sanguinem; vt illud non admittas sed repellas: Denique vt ait Sanctus Bernardus) consideratio tui remedij ostendit tibi magnitudinem tui periculi. Agnosce ô Christiane, quæta sint peccatorum vulnera, pro quibus fuit necesse, Dominum tuum tot pænis vulnerari, nisi illa lethalia fuissent, & quidem in æternum nunquam Dei filius tam crudelè mortem sustinisset, vt illis mederetur.

QVOD si hæc lectio nec dum te conuicerit, perge porro legendo minas & VAE in hoc libro scriptas: omnia .n. hæc vulnera, sunt characteres, qui significant suppliciorum atrocitatem,

Ser. 3. de Nativitate.

3.

tem, quæ diuina iustitia aduersus eos præparauit, qui perseverant in sua culpa. sicut idem Redemptor dixit filiabus Ierusalem: *asi in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* si huius mundi peccata, talia supplicia operantur in arbore viridi ac fructuosa, qualia efficiuntur in sicco & inutili ligno? Hæc enim temporalia supplicia, quæ pro alienis peccatis ego subuenio, leue quoddam vestigium sunt æternorum, quæ vos manent propter peccata propria. In meis *spinis* legere licebit eas, quæ tuum spiritum horrendo remorsu pungent; in *strutibus* meis leges, quam tu sine ullo refrigerio sustineas, sicut auarus ille & epulo diues; in mea *iniquitate* tuam æternam confusionem; in *clauis* meis vincula pedum ac manuum tuarum, ut tibi libertas adimatur; tum ad bona opera præstanda, tum ad tormenta pro malefactis fugienda; In *vulnere* mei *lateris* morsum leges venis æterni; in mea *tristitia*, *agonia*, & *desertione* cognosces hæc omnia, quæ tu patieris æterna, eò quod fructum capere neglexeris ex sanguine, quem pro te effudi: qui pro atramento est, quo lamentationes istæ omnium minæ quæ describuntur: qui ita mouet ad placentium salutarem, ut peccatores penitentes misericordiam consequatur; qui etiam ultionem petit contra rebelles, qui eius fructu uti nolunt.

4.

POSTQUAM hæc omnia legeris, incipe etiam CANTICA in eodem scripta legere, pendens innumera motiua, quæ in eo inueniuntur ad laudandum.

DUX SPIRITUS  
S. DE PONTI

ad laudandum & glorificandum Deum, ob accepta prius, & in posterum accipienda beneficia que in ipso Christo crucifixo, ob oculos tibi proponuntur. omnia siquidem eius vulnera & afflictiones, sunt characteres, significantes infinitam Dei charitatem, misericordiam, ac liberalitatem; heroicam obedientiam, mansuetudinem, & patientiam Salvatoris; quantique faciat nostram salutem; valorem item & pretium inestimabile thesaurorum gratiae & gloriae ipsius. In corona spinea, licebit legere quid valeat corona aeternae beatitudinis; in siti & nuditate, quanti facere debeas saturitatem, quam tibi promittit ex viva aqua gratiae, & pulcritudine, quam dabit tibi cum praecleara veste charitatis; in pedum, manuum, laterisque; *vulneribus* leges: quam firmiter Deus te scriptum habeat in manibus suis & in corde suo impressum, ut secum te uniat amore perpetuo, si tu volueris iucundam eam unionem conservare. Et quoniam hic liber non solum est legendus, sed esse (ut ipse Ezechiel dicit) *comedendus* ac deuorandus; aperi os tuum, & totum *comede* immittendo illum vique ad spiritum tuum tecumque per amorem uniendo, & te ipsum in eundem per imitationem transformando. Attende quod *in ore tuo* futurus sit *dulcis sicut mel*; sed *ventrem tamen tuum faciet amarum*; quia dulce quiddam est ruminari & loqui de mysterijs in eo contentis; valde tamen est amarum, eadem re ipsa in tani: sed perseueranti in eo libro comedendo, dulcedo Meditationis, reddet dulcem ipsam mortificationem

*h Ezech. 3. 1.  
& Apoc. 10. 9.*



DUX SPIRITUS  
P. DE PONTI

cationem & imitationem. O Saluator dulcissime, qui tantis tuis expensis scripsisti *lamentationes, carmen, & va* in tuo libro, doce me eo amoris Spiritu illa legere, quo tu scripsisti plangam ego ex amore peccata mea; timeam te ex amore supplicia tua; laudem quoque te ex amore, ob tua beneficia; & ex eodem amore sperem suprema tua præmia; ut amando, & imitando quod in te lego, perueniam ad fruendum quod desidero.

Opusc. de incendio amoris par. 2. Apoc. 5. 1. liber iste, ait est vniuersalis rerum omnium notitia.

SUMMAM eorum, quæ diximus, collegit S. Bonaventura dicens: Christum D. N. passionem suam, aperuisse septem sigilla libri, quem S. Iohannes viderat obsignatum. aperuit .n. singuliter septem mysteria, quæ hominibus erant vel de occultis; sapientiam .s. & admirabilem Dei perfectionem, valorem spiritus hominis, vnitatem rerum huius mundi, atrocitatem inferni, iucunditatem paradisi, horrorem culpe, & virtutis præstantiam, ac propterea licebat videre, Christum crucifixum esse refectionum liberum. Nam omnes deceptiones & errores, quibus homines circa septem illa patiuntur, in eo reteguntur, & tunc legeris, & vtiliter meditatus fueris, quod liber iste continet, cum septem prædictos fructus, aut eorum aliquos ex eo perciperis.

§. 2.

*Quod amor similitudinem efficiat.*

**S**ED NECESSE nunc erit, magis in particulari explicare diuini, & vnitui amoris pro-

ris proprietates & excellentias, ad quas lectio & manducatio huius libri, qui est Christus crucifixus, nos inuitat. quique ex ipsa cruce plus operibus, quam verbis illud nobis cantorum inculcat: *a pone me vt signaculum supra cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est, vt mors dilectio: dura, sicut infernus, amulatio lampades eius, lapides ignis atque flammarum: Aqua mali non potuerunt extinguere charitatem: nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus sua pro dilectione, quasi nihil despiciet eam* quibus verbis per similitudinem signaculi, mortis sepulturae, inferni, ignis, flammarum, aquarum, & fluminum, declarat nobis Spiritus S. perfecti amoris proprietates.

a Cant. 8. 6

**H**ARVM prima est (vt superius dicere coepimus) efficere magnam similitudinem & conformitatem in rebus omnibus interius & exterius, cum ipso Domino, quem diligit: ponit enim illum vt signaculum super cor & brachium suum, sicut ipse est in cruce. Nam vbi magis ad viuum figuram ille accepit sigilli, quam in sua passione: cum eternus Pater per lictores & carnifices eum caelauit? sicut dixit per suum Prophetam *b ego calabo sculpturam eius: excauando scilicet in eo magnas fossas; infigendo in caput eius multas spinas; dorsum aperiendo multis flagellis; pedes eius & manus clauis; latus denique lancea perforando. c ponam eum in pulcherrimo annulo sculprum:*

Prima proprietatis amoris. c. 12.

Pone me vt signaculum.

b Zach. 3. 9

c Agg. 2. 24.

RI

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTI

quia eum elegi, ut ipsius imaginem omnibus  
meis electis imprimerem. Scimus sigillum &  
rem sigillatam esse similia; & vnam eandem-  
que figuram habere: quamvis hoc intersit,  
quod sigilli figura, sculpta sit in auro, aut ar-  
gento, aut lapide aliquo pretioso; magnoque  
artificio ac firmitate elaborata, quæ ut pluri-  
mum effecta est arte cælatoria, extrahendo vi-  
delicet partes aliquas ex ipso auro, donec fi-  
gura formetur: at in re ipsa sigillata figura est  
ceræ impressa, aut alteri alicui materię molli,  
quæ facile deletur; nec semper aptè imprimitur,  
curua, modò non satis benè expressa; nõ culpa  
sigilli, sed applicantis illud malè, aut materię  
durioris vicio. Hoc igitur modo Christo cru-  
cifixo electi eius similes esse debent in virtute  
quod æternus Pater d eos predestinaverit con-  
formes fieri imaginis sibi sui. Sed hoc interest,  
quod in Christo D.N. qua ratione & simul ho-  
mo & Deus, omnes virtutes sint quasi in auro  
aut lapide aliquo pretioso exactissimè ac soli-  
dissimè ita cælatæ, ut nec diminui nec obfu-  
scari aliquando possint. Et licet illas incho-  
acceperit in hac perfectione, voluit nihilo-  
minus, sacratissimum corpus suum cædari, ac  
perforari, quod virtutum, quæ in eius anima  
erant, pulchritudo manifestaretur, ut pulchre  
dixit sanctus Bernardus: *patet, inquit, arcu-  
num cordis perforamina corporis; quid in vul-  
nera per viscera pateant: per ea enim manife-  
statur firmitas & præstantia eius humilitatis,  
patientię, & obedientię; & vscera clementię*

d Rom. 8. 29.

Serm. 61. in  
Cant.

mile

miseri cordiæ, & charitatis: ex quibus omnibus simul conficitur perfectissima imago, quæ iustus est imprimenda. In quibus tamen imprimitur tanquam in cera, ex natura sua corruptibili, & quæ facillè amittit figuram acceptam, nisi idem Dominus, qui impressit, eam conseruet. Sæpè verò eas virtutes accipiunt cum multis defectibus & imperfectionibus: non defectu ipsius sigilli: quia nihil magis desiderat ipse Christus, quam nos videre perfectos: sed culpa nostra, & parua dispositione. Nobis enim incumbit, applicare, cum ipsius auxilio signaculum illud super cor & brachiū nostrum: conando videlicet conformare nostras affectiones & actiones cum ijs, quas ipse habet. Sed ulterius adhuc nobis est progrediendum & conandum: vt solus ipse, & nullus alius spiritum nostrum possideat, tanquam vnicus dilectus & amor noster.

Nam propterea etiam nobis dicit: pone me vt signaculum. O dilecta anima mea, attende, quod quemadmodum cera, non potest simul duo diuersa sigilla accipere: alterum enim statim delebit alterum: ita fidelis & casta sponsa non debet habere duos amores sibi contrarios; sed totum suum amorem collocare in *v-*  
*nico suo viro & sponso Christo*, eum diligendo ex toto corde suo, spiritu, anima, & viribus. Quemadmodum dilectionis præceptum præscribit. Caue itaque obsignes cor tuum & brachiū signaculo mundi, aut Antichristi; quæ est imago superbia, cupiditatis, & carnalitatatis; sed obfig-

Secūda proprietas amoris.

c. 2. Cor. 12. 2.

obsigna signaculo vitæ meæ, quæ imago est humilitatis, paupertatis, & puritatis corporis & animi. Tu ipsa ponere me debes tanquam signaculum super cor & brachium tuum, ut me diligas sicut ego te; viuasque, sicut ego: mihiq; coniungaris, sicut ego cupio tecum esse cõiunctus. neque enim conseruare poteris meam figuram, nisi ego ad eam conseruandam tibi assistam.

NE autem negligas facere quod præcipio, coniungam minas & VAE canticis. volo enim scias: *dilectionem esse fortem. sicut mortem, duraq; sicut infernus, emulationem.* quasi diceret: cape hoc benè, quod irritata dilectio, sic fortis ac terribilis sicut ipsa mors: zelus verò & æmulatio dura, & quasi infernus ipse, inexorabilis: ita ut, si sponsa fidelitatem non seruet, quo magis eam prius amabat, eò amplius illam dedignetur, eo quod infidelis fuerit & ingrata; nullisque admissis precibus, vlcifectur hanc iniuriam, inferendo mortem & poenam æternam: ut sic, rebellis castigetur pro metis suæ rebellionis. O castarum animarû sponsæ, æquissimum est, ut tu solus sis vnictum signaculû earû nullo alio admissio, qui tibi aduersetur. Sed quomodo ego solus ponam te, ut signaculum super animam meam: siquidem opus hoc, tuum est potius, quam meum? Nam si meam est, id est propter auxilium tuum. pone te igitur, ut signaculum super cor meum: imprime integrè recteq; viam tuarum virtutum imaginem, deleta omninò execranda vitiorum

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

torum figura. Ego tibi cor meum offero, tanquam ceram mollem, aptam & promptam ad signaculum tuum suscipiendum; tu illud applica & fortiter preme, ut rectè solideque exprimat, etiam cum meo dolore ac labore. Si enim tanti tibi constitit fieri signaculum tuorum electorum; an multum est, quod aliquid illi patiat, ut obfignentur? Ex nunc dicam cum Apostolo, *f vt Deo viuam, Christo confixus sum cruci.* Christus crucifixus, meum erit signaculum, imago mortificationis, quã in se habet in corpore suo, portabo ego in meo: spina, quæ caput eius coronarunt, & meum coronabunt; clauis qui pedes & manus eius transfixerunt, meos quoque transigent: *g absu mihi gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: cuius amore uiuo tanquam cruci affixus: & stigmat a Domini Iesu in corpore meo porto: h carnem meam crucifigens cum vitijs & concupiscentijs eius.*

f Galat. 2. 19

g Gal. 6. 14. 17.

h Gal. 5. 14.

§. 3.

De mortificatione quam efficit amor.

**H**INC progredieris ad excellentem aliã proprietatem meditandã amoris diuini, ut sit solus in corde. quod scilicet fortis sit ut mors, vincens, mactans, destruensq; omnes affectiones sibi contrarias, aut ipsum impediens: siue sint vitiosæ, siue naturales, licet cum discrimine. Nam, quemadmodum mors occidit, omniaq; viuientia destruit, soluendo

Tertia proprietatis amoris.

Fortis est ut mors dilectio.

uendo connexionem, & colligationem, quæ anima & corpus coniunguntur, etiam si antiquissima sit, ita ut non sit in terra potestas, quæ illam possit impedire, aut intercipere, aliter tamen occidit viuentia, quæ ratione caret, quam rationem habentia. Nam in brutis cum animam à corpore separat, simul illam destruit, & conuertit in nihilum, ita ut nunquam possit ad vitam redire: at in hominibus non occidit animam, sed à carne separat, ut ipsa carni moriatur, anima verò viuat; non tamen eum legibus tributisq; subiecta: sed sicut purus spiritus. Ad eundem ergo modum perfecta charitas & dilectio est fortis, sicut mors, quia vincit, eijcitque ex corde reliquos omnes affectus & vitiosos quidem, qui à proprio amore carnali & mundano nascuntur, omnino destruit, ac reducit in nihilum: & quamuis in corde fuerint valdè radicati, contra eos præualeat, ut non amplius regnet in anima peccati vllum graue, nec vitiosus habitus; imò ne leue spontè admittit, sed statim atque apparere incipit prauus motus, destruit illū ac intercipit, ne culpa renire scat. Quod si tales affectus sint naturales & humani, qualis est naturalis amor parentum, & fratrum; sanitatis & vitæ propriæ, alijque similes; non eos destruit omnino charitas, sed ita separat, & abstrahit à carne & sanguine, ut occidens in eis quod carnem sapit & sensum; viuere permittat quod in eis est honestum & spirituale: ut affectus quidem viuant, non tamen iam tanquam carnale;

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

males, sed tanquā spirituales; indrētes nimirū  
 rationem spiritualiū ab ipsa charitate, ita vt, si  
 amet sanitatem aut morbū timeat; si parentes  
 diligit, ac de prosperitate eorū lætetur; triste-  
 tur verò de aduersitate, non id fiat, solo titulo  
 carnis & sanguinis, sed titulo amoris Dei, in  
 quo & per quē diligit, quod Deus vult oditque  
 quod illi non placet. Talis fuit eminenter a-  
 mor Iesu Christi crucifixi; qui, vt hominibus  
 beneficeret, reliquos oēs amores & affectus  
 superauit, non vitiosos, qui nunquā vixerunt  
 nec aditum in cor eius habuerunt. quamuis, n.  
 grauissimis iniurijs afficeretur, nec minimum  
 tamen vnquā adfuit iræ, aut impatientiæ indi-  
 cium propter illas: sed naturales omnes affe-  
 ctus vicit, timoris & tristitiæ, & amoris vitæ  
 propriæ contra quos nocte suæ passionis lu-  
 ctant, dixit patri suo: *non mea voluntas sed  
 tua fiat.* & ita generoso quodā corde ad ipsam  
 mortem se obtulit nisi, n. ipse se obtulisset, nec  
 totus mundus nec infernus potens fuisset, ad i-  
 psum morti subiiciendum. O dilectio sicut  
 mors fortis: si fortitudine tua contra Deum  
 præualuisti, quāto magis contra homines  
 præualebis? O anima mea, si amor Christum  
 posuit in cruce, an ne multū erit, si te in altera  
 ponat? obfigna te signaculo Iesu Christi cru-  
 cifixi, & mortui, vt cruci affixa viuas & ipse  
 amore mundo sis mortua.

*Dura sicut  
 infernus e-  
 mulatio,  
 & proprie-  
 tas amoris.*

Vtcrius tamen amoris victoria progreditur  
 cuius zelus & *emulatio* dura est tanq̄ sepulcrū  
 aut *infernus*. in qua similitudine alia quædam  
 dile-



DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

a Gen. 1.19.

lectionis proprietates valde eminentissimas  
ur. Nam sepulcrum & infernus sunt duo ho-  
tes post mortem duriores & crudeliores. Se-  
pulcrum enim est durissimum contra corpus,  
quod omnibus quæ habebat spoliat, comedite-  
que ac destruit exiguum illud residuum, quod  
nors illi reliquerat: conuertit enim carnes,  
ossas venas, & arterias in puluerem, totamque  
eius fabricam dissoluit, relictis ossibus omnibus  
spoliatis ac siccis; exequendo seuerissimam peni-  
tentiam in Adamum prolatam, qua dixit Deus  
a puluis es & in puluerem reuerteris. Infernus  
verò crudelissimus est in animam, ad ipsum des-  
cendentem; horrendisque castigat tormenta  
culpam, quam illa secum affert. vterque au-  
tem hostis durus adedò ac pertinax est in præda  
retinenda, vt eam ante integram vltionem sum-  
ptam non deserat. In hunc itaq; modum diu-  
nus amor durus est in eum ipsum, quem amat,  
crudeliter quidem sed suaviter, & absque vio-  
lencia. Non enim contentus est, quod in eo  
occiderit internas omnes affectiones inordi-  
natas: sed vltius pergit ad perfectionem, so-  
lians illum rebus omnibus externis, quas pos-  
sidebat: ita vt ipse parentes deserat, amicos, &  
notos, exeatque ex mundo, & seipsum in re-  
ligione sepeliat, aut in aliquo terræ angulo  
quo soli Deo viuat, & de seipso vindictam sumat  
ob peccata præterita; seueram propter illa peni-  
tentiam amplectens; seipsum ad puluerem  
vsque demittens; seque offerens, si opus erit, ad  
subeundos inferni dolores & cruciat, vt Deus  
suo

quo placere possit, & vt his omnibus dilectum suum Iesum imiteretur: cuius zelus fuit ipsi durus, sicut sepulcrum & infernus, iuxta illud b Davidis in eius persona: *zelus domus tua cō-*  
*edit me.* fortunas enim omnes, honorem, omniaque vitæ solatia comedit, & consumpsit donec illum reliquit in cruce nudum, infamem, & mortuum; ac postea corpus eius proiecit in sepulcrum; animam verò in infernum aut limbum, licet non in pœnam, sed vt hanc etiam humiliationem subiret, ad eos, qui in ea captiuitate tenebantur, eripiendos, cum prius seuerissimam in seipso vindictâ sumpsisset de omnibus, quæ homines, ob sua peccata, merebantur, pro quorum amore ad omnes hos labores sese obtulerat. O si quis mihi daret, vt anima mea felici hac amoris morte moreretur; & in amabile eius sepulchrum ingressa, ibi clauderetur, & signaculo dilecti sui obsignaretur? O dilecte cordis mei, *emoriatur anima mea non quocunque modo morte iustorum, sed morte illius, qui est iustus iustorum; & nouissima mea nouissimis eius sint similia: vt dixit a mea sepulta sit & abscondita cum Christo in te Deo meo in æternum.*

b Psal. 68. 10.

c Num. 23. 10

d Colof. 3. 3.

S. 4.

*De fortitudine in agendo & patiendō  
quam efficit amor,*

**V**T autem appareat, mortem & sepulturam, quam adfert diuinus amor, dirigi ad vitam aliam nobiliorem, addit Spi-

Quinta proprietatis amoris.

Dux spirit. Tract. 11.

Yy

ritus

Lampades  
eius lampades  
des ignis atq;  
flammarum.

ritus S. quod eius lampades sint lampades ignis  
atque flammarum, eod quod semper diuinus hic  
amor resplendeat præstantissimis & heroicis  
operibus, valdeque accensis affectibus, qui non  
hærent in terra, sicut prunæ; sed flammarum  
instar in altum ascendunt, trahentes post se  
spiritum in cælum, vbi est eius dilectus, cui cupit  
esse perpetuò amore coniunctus. Et valde  
propriè comparatur igni, & flammis lampadum,  
quæ suis proprijs expensis ardent. & splendens  
consumentes oleum, & lychnû, quibus ignis  
ipse fouetur, vt sic intelligatur ipsius amoris  
excellencia, qui non dubitat amittere & consumi  
quicquid habet, quo lucere & ardere  
possit insignibus operibus, in obsequio sui dilecti:  
qui in cruce tanquam lampas arsit, emittens  
flammas immensi splendoris & ardoris, quæ  
accendere & inflammare possunt frigidum  
cor nostrum. Si enim a *esurie: rem inimici cibare*  
(vt Sap. ait) est prunas congregare super caput  
eius, ad eius animi duritiem emolliendam,  
sibiq; reconciliandam. Quid faciet: si pro eodem  
honor, fortunæ, & vita ipsa exponantur, quod  
ille ab æterna morte liberetur? Quid autem  
est Christus cruci affixus, nisi vas prunarium  
tot prunis plenum; quot sunt ea, quæ patitur,  
& bona, quæ nobis largitur, & mala à quibus  
nos liberat; quæ omnia ipse Christus congregat  
super capita nostra, vt tot beneficijs corda  
nostra emolliat, & amoris flammis incendat,  
vt tantoperè nos amantem redamemus.  
O Saluator dulcissime, qui ex prunario crucis cla-

a Proa. 25:22

DUX SPIRITUS  
S. DE PONTE

cus clamas: *hinc ignem veni mittere in terram, &* *quid volo nisi ut accendatur?* proijce in terram cordis mei aliquam ex his prunis, ut amoris tui ignem concipiat; flammamque in altum tollat eò meum spiritum transferendo, ubi tuus est: faciendoque per amorem, ex vtroque vnum.

Nec sine mysterio comparat Spiritus S. dilectionem *morti sepulcro inferno, & igni*, quibus proprium est esse *insaturabilia, nec unquam dicere: sufficit.* Tale enim est diuini amoris ingenium, ut licet multa pro suo dilecto faciat & patiat: nunquam tamen fatietur, aut dicat, *sufficit.* Semper enim crescere desiderat; ascendere & in omnibus proficere. Si moritur per mortificationem, magis adhuc desiderat mori; si sepelitur per humilitatem, amplius desiderat sepeliri; si seipsum cruciat ob sua peccata, ut de illis vlciscatur, desiderat amplius vlcisci; si ardet splendetque insignibus operibus, multò amplius ardere desiderat, & lucere: & quantumuis altè ascendat, non requiescet, donec in æternitate ipsi dilecto suo coniungatur.

VERVM multò adhuc amplius eminet diuini amoris excellentia cùm dicit Spiritus S. *quod aqua multa non potuerint ignem charitatis, nec si imina illam obruere:* ad significandam adèd esse inuictam eius patientiam & constantiam, ut nulli labores aut molestiæ internæ & externæ ipsam chari-

b Luc. 12. 49

Sexta proprietas amoris.  
c Prou 30. 25

Richar. tract de charitat. vulnerat.

Septima proprietas.  
*Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem.*

tatem extinguere valeant, siue descendant e  
 coelo instar pluuiarū; siue e terra veniant in-  
 star fluminum. Nam etiamsi plurima sint & co-  
 piofa, sunt tamen instar guttarum in focum  
 missarum, quæ multò amplius eā accendunt:  
 adedò vt ampliores edat splendorès in medijs  
 maioribus calamitatibus; & maiores deside-  
 ret calamitates, vt adhuc magis splendeat. Sed  
 quod vehementer desideret ad altiorè perfe-  
 ctionem peruenire, quæ consistit in d*ivina* pro-  
 amicis sub ponenda. Talis fuit charitas Christi  
 nostri Seruatoris, quæ etsi fuit impugnata ab  
 aquis immensis, non dulcibus sed amarissimis,  
 de quibus Psalmista e*intraverunt aqua* vasa  
 animam meam, infixus sum in limo profundi, ve-  
 ni in altitudinem maris & tempestas suis flu-  
 ctibus demersit me, & cooperuit: non tamen  
 submersit, nec eius amorem imminuit, sed pot-  
 tius in feruore tot tribulationum accensissi-  
 mos emisit splendorès. circumdederunt eum  
 hostium exercitus (quos ob feritatem modò  
 vitulos, modò pingues tauros, canes, vnicor-  
 nes & leones appellat) qui quinquies præcipue  
 in quinque locis illum inuaserunt, in hortorij  
 domo Caiphæ, in palatio Herodis, in prætorio  
 Pilati, & in monte Caluario: in quibus omnib.  
 perstitit inuicta eius charitas, benefaciendo  
 ijs, qui ipsi faciebant malè: ita vt in ipsa etiam  
 cruce pro suis persecutoribus exorauerit, ex-  
 cusando illorum peccata, & vitam suam offe-  
 rendo, vt eos ab eis liberaret. quod est summus  
 amoris. vt enim dixit Apost. g*ratia* pro iusto, &  
 eo quod

d Ioan. 15. 13

e Psal. 69. 1.

e Psal. 22. 13. 17.  
22.

g Rom. 5. 7.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

eo quod iustum est, & obligatorium, quis au-  
 det mori: commendat autem charitatem suam  
 Christus, quoniam cum adhuc peccatores esse-  
 mus, pro nobis mortuus est: quam charitatem  
 nec nulla aqua nostrorum peccatorum nec  
 flumina grauissimorum tormentorum obruere  
 aut immuere potuerunt. quo facto prouocat  
 nos ad ipsum alia charitate insuperabili, qua-  
 lis fuit ipsius, amandum, ita vt quemadmodū  
 nulli labores eius charitatem extinguere po-  
 tuerunt: sic nec possint nostram, iuxta illud  
 quo Apost. de vtraque dixit: *h Quis nos separa-* h Rom. 8. 35.  
*bit a charitate Christi? tribulatio? an angustia?*  
*an fames? an nuditas? an periculum? an perse-*  
*cutio? an gladius? In his omnibus superamus*  
*propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim,*  
*quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque*  
*Principatus, neque virtutes, neque instantia, ne-*  
*que futura, neque fortitudo, neque altitudo, ne-*  
*que profundum, neque creatura alia nos pote-*  
*rit separare a charitate Dei, qua est in Christo*  
*Iesu D. N. Quia neque nos poterunt separare a*  
*charitate ipsius erga nos, neque nos ab ea, quā*  
*erga illum habemus: illius enim est inuincibi-*  
*lis, eiusque virtute & nostra erit inuincibi-*  
*lis. O fortissime Redemptor, diligam te ego,*  
*sicut tu me diligis; vt charitas mea insaturabi-* i Job. 17. 3.  
*lis sit & inuincibilis, sicut fuit tua; coniunge*  
*amorem meum tuo, & i cuiusuis manus pugnet*  
*contra me: si enim posueris me iuxta te, te-*  
*cumque vniueris, etiamsi impugner, non*  
*expugnabor, nec succumbam.*

§. 5.

## De amoris liberalitate.

Octava proprietatis.

**S**ED omnes superiores proprietates amoris, hæc ultima perficit, cum dicitur *si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam*: in quibus verbis ostenditur, quanti charitas sit æstimanda, quantaque esse debeat amantis liberalitas, ut eam illæsam conseruet, quam in tribus rebus manifestat.

*Prima* est, quod dilectionis causa det quicquid habeat, nihil sibi reseruans.

*Secunda* adhuc perfectior, quod cum tota det, etiamsi illud sit re ipsa multum, ipsi tamen videtur parum: & quicquid det, quasi nihil despiciet.

*Tertia* adhuc perfectior, quod non solum parum se dare existimet, etiamsi det multum: sed quod det, etiamsi existimet, se parui faciedum, & stultum iudicandum propterea quod dederit. Distinctius hoc declarat LXX. Interpretum versio, quæ habet: *si dederit homo omnem v. t. a. suam in dilectione, despectioe despicient eum*. Qui. n. nescit, quid sit amare, stultitiam iudicat, cum videt, quæ facit, qui multum diligit: illumque propter ea despicit & contemnit. Quæ tria eluxerunt eminenter in Iesu

Psalm. 86.  
Homo natus  
est in ea.

1 Psalm. 11. 7

Christo crucifixo, de quo per excellentiam dictum est: *si dederit homo*. Nam et si verum sit, propter amorem talia illum fecisse, ut dixerit de se: *a ego sum vermis & non homo, appro-*

brum

DUX SPIR  
P. DE PONTE

brum hominum & abiectio plebis. Sed adhuc in hoc ipso ostendit, se excellentissimum esse hominem, qui sua omnia dirigeret summa hominis ratione ac discretione, licet non puri hominis, sed simul hominis & Dei, de quo ait Apost. b. quoniam propter nos egenus factus est, **b. 2. Cor. 8. 9.** cum esset diues: & ob amorem, quem erga nos habuit, omnibus renunciauit, quæ habebat; etiam in ipsa cruce vestimenta reliquit, quibus operiebatur; & nutrimentum, quo se aliebat; ac denique totam vitam, ex quo natus est, donec expirauit, expendit in dilectione, & in amoris operibus, faciens stupenda, poenasque grauissimas sustinens, in eorum commodum, quos diligebat: pro quibus propriam etiam vitam dedit. Neque his contentus, propter eandem dilectionem dedit nobis omnem substantiam domus suæ, corpus scilicet & sanguinem suum, in cibum & potum, vt mox videbimus. Et quamuis aded fuerit magnum, quod fecit, & nostri gratia perpeffus est, existimauit tamen se nihil facere: quia multò plura facere desiderabat. ad magnitudinem enim amoris sui aded insaturabilis, parum erat, quod mille vitas daret, milleq; annorù tormenta, & laborum genera, si nostræ reparationi necesse fuisset, subiret: Ad hoc aut totù sese obtulit, sciens, se propterea contèndendum, & pro stulto habendù: siquidē c. **Christus crucifixus Iudæis fuit scādalum gentibus autem stultitia.** **e. 1. Cor. 1. 23.** vt potè qui non assequeretur neq; intelligeret amorē, à quo p. celsit, vt se ad talem mortē offerret cū omnib.



inventionibus, quæ in illa fuerunt. Omnes enim fuerunt à charitate, cum altissima sapientia, ac discretione: cuius exemplo fideles, qui oculos habent, ad has amoris inventiones cognoscendas, resumentes spiritum tanto huius Domini amore accenduntur, vt liberalissimè dant quicquid habent, quò charitatem conlequantur, eamque in suo corde conferuent. Hic est d. *thesaurus absconditus in agro* Euangelij, pro quo *vendit homo vniuersa quæ habet, vt illud emat*; est item *preciosa illa margarita* pro qua *vendit homo omnia quæ habet, vt illam emat*. Propter hanc deserunt Religiosi omnem substantiam domus suæ, renunciant hereditatibus, & possessionibus suis: propter hanc contemnentes Martyres propriam vitam, crudeli morti se offerunt, vt eam conferuent: in hac totam suam vitam exponunt electi, qui vivere cupiunt, vt plus liceat amare, & postquam dederunt, quicquid habebant; & fecerunt quicquid potuerunt: id totum illis videtur parum: quia e *in comparatione* ad charitatem, *aurum videtur esse sicut arena, & argentum sicut lutum*: & omnes mundi thesauri, tanquam nihil sunt in conspectu illius. Et propter hoc quamuis sciant propter hoc se contemnendos, nihili id ducunt, s. *maiores diuitias estimant, et thesauro Aegyptiorum, improprium Christi*, & summam prudentiam existimant, quam mundus iudicat stultitiam, id, quod suo tempore manifestabitur iuxta illud quod Iob dixit: *deridetur iusti simplicitas, lampas contempta*

1 Matth. 13.  
44. 46.

Sap. 7. 9.

1 Heb. 12. 26.

3 Iob. 12. 4.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

apud cogitationes diuitum, quæ tamen parata  
 est manifestari ad tempus statutum. Lampas ig-  
 nis (vt diximus) charitas est iustorum contem-  
 pta tamen è diuitibus huius sæculi: quia nec  
 lucet, nec ardet iuxta eorum opinionem: sed  
 quando constitutum à Deo tempus aduenerit,  
 is manifestabit eius splendor: & omnes ad-  
 uertent, quam fuerint eius opera cordata, &  
 inuentiones prudentes; tunc, vt Sapiens ait i-  
 psimet homines mundani, rei veritate conui-  
 di, dicent: *h nos insensati vitam illorū aestima-*  
*bamus insaniam, & sinem illorū sine honore:* sed  
 iam deceptio nostra est reiecta. *cōputati enim*  
*sūt inter filios Dei, & inter Sāctos fors illorū est.*

h Sap. 5. 4.

LAMPAS etiam contempta fuit Christus  
 D.N. cum esset coram Caipha, & Principibus  
 Sacerdotū, qui tamen, dum ab ipsis cōtemne-  
 retur, valde libere dixit: *i Amodo videbitis filiū*  
*hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & ve-*  
*nientem in nubibus cœli cum maiestate magna,*  
 manifestantem diuinitatis & maiestatis suæ:  
 splendorum qui tunc erant suis hostibus occul-  
 ti, licet amicis fuerint semper manifesti. nam  
 in crucis candelabro aded ipse eminenter ar-  
 sit, & resplendit, vt fuerit à multis cognitus;  
 & filius Dei viui, & Rex paradisi proclamatus,  
 vt statim cœperit implere quod prædixerat:  
*Ek ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham*  
*ad me ipsum;* exaltando illa ab ipsa terra, vt ibi  
 sint, vbi ego sum. O ignis infiniti amoris, qui  
 omnia trahis ad te, vt ea transformes in te,  
 per amorem & imitationem? Tu trahis ad te

i Mat. 26. 64.

Eccl. 12. 32.

DUX SPIR  
P. DE PONTE

eorum memoriam, vt semper de te cogitent, intellectu, vt tibi credant, teq; cognoscant, voluntatem, vt te diligant; potentias & sensus eorum, vt tibi pareant, corpus & animam, vt in tuo seruitio occupentur; eorum fortunas, honorem, delicias, salutem, & vitam, vt sint tuæ gloriæ instrumenta. Sed quid mirum, si omnia eorum ad te trahas, siquidem eadem omnia te inueniunt? trahe me, Domine, ad te, vt amem te, sicut me amas; transforma Spiritum meum in tuum qualem tu habes in ista cruce. sit vna virtusq; crux, vt tecum sim confixus ei, amoris celestis tanta firmitate, vt nec vitæ prosperitates, nec mortis amaritudines à cruce me separant, donec per eam me tibi coniungas in gloria æternam.

## CAPVT XV.

*DE AMABILI IESU CHRISTI  
cognitione, qua est sanctissimo altissimo  
Sacramento: ac de septem stupendis rebus,  
quas in se includit cum admirandis virtutibus,  
vi exemplis perfectionis, ad eundem  
cognoscendum perpendendis  
ac meditandis.*



**H**is medijs, quæ in hoc exilio habemus, ad discendam & affectuendam eminenter beneuolam & unitiuam Dei Domini nostri, eiusq; filij Iesu Christi cognitionem altissimam.

nem, altissima, accommodatissima, efficacissima ac potentissima est cognitio sanctissimi Altaris Sacramenti: in quo ipsemet Christus D.N. inclusus latet, vicē subiens libri in triplici excellentia. *Prima* est, quod nobis det copiosissimam materiam legendi & cognoscendi quicquid in toto libro suæ vitæ descripsit, à sua incarnatione vsque ad mortem, & in cœlos ascensionem: quorum omnium instar est pignarium, & memorialis excellentissimi, sicut ipsemet Dominus suos Apostolos monuit, cum dixit: *a quotiescunque feceritis, quæ ego iam feci, facite in meam commemorationem.* Et prius idem prædixerat David: *b memoriam (inquit) fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: escam dedit trimentibus se.* ET hinc oritur *secunda* excellentia; quæ in animæ viscera immittat quicquid idem in se habet scriptum: ingreditur enim tanquam cibus, ut imprimatur & obfignetur in corde. Neque enim nouum quid est, (ut proximo capite diximus) quod velit Deus libros suos, non solum legi, sed etiam comedi, ut virtutem quam habent, comedenti communicent hic enim ad literam impletur, quod præcepit, dilecto suo discipulo, cum dixit: *c accipe librum & deuora illum; & quod dixit Sponsa: d pone me ut signaculum super cor tuum.* Ex quo fit ut liber hic miro quodam modo nos doceat, illustret, afficiat, transformetque in Iesum Christum Deum & hominē verum, cum quadā humanitatis ac diuinitatis eius iucunda & vniuersa

1.

a Cor. 11. 24.

b Psal. 110.

2.

c Apoc. 10. 9

e Ezech 3. 1.

d Cant. 5. 6.

conun-

coniunctione, quæ perfectam nostri Spiritus cum diuino coniunctionem efficit: in quem finem illud est institutum, eoque tendunt duo illi modi illud manducandi, *sacramentalis* videlicet, cum re ipsa Sanctissimum Sacramentum sumitur; & *spiritualis*, cum legimus, meditamur, & reliqua ruminamus, quæ in eo continentur: exstimulata vehementer fide, ad bene penetranda, eo quod liber sit clausus *espiritibus*, septem rerum difficillimarum, quas in se habet obsignatus: quæ tamen res si fides eas bene penetrat, fiunt septem res admirandæ & iucundissimæ, in quibus paret diuinæ excellentiæ & perfectiones. Ne autem diffidas, audi *tertiam* huius libri præstantiam, quod licet contineat in se Magistrum ipsum à quo scriptus: qui etiam illura declarat, sentiumque aperit, ut capi possit. ipse siquidem est agnus, qui aperuit septem sigilla alterius libri obsignati, ut intelligi possent: & miro quodam modo ipsemet est liber, & Magister, & cibus & potus, arctatus ad vnum exiguum bolum iuxta *Isaiæ* Prophetiam dicentis: *Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem. Et non faciet auolare à te ultra doctorem tuum: Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.* quæ promissio etsi præcipue intelligatur de tempore, in quo Christus Dominus, noster homo factus prædicauit, legem suam Euangelicam in hoc mundo, fundatam in crucis coarctatione, & redactam ad duo charitatis præcepta: potest nihilominus eadē promissio intelligi de hoc diuino Sacramento,

e Apoc. 5. 2.

f Isai. 30. 20.

s Hiero ibi

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

Sacramento, in quo ipsemet Christus, Deus & homo verus, carnem & sanguinem suum ita angustavit, ut totus & integer sit in parva panis illius buccella, & exigua vini quantitate, admixta aquae guttula, in memoriam pressurarum, & angustiarum, quas in passione sua pro nostra reparatione sustinuit; & ut inde nos doceret, non verbis externis modo, sed precipue exemplis diuini & inspirationibus, arctam viam mortificationis, cordibusque nostris imprimeret viam & abbreviatam legem gratiae & charitatis. Cui muneri ita constanter ac perseveranter attendit, ut propheta dixerit: *non faciet vltra auolare doctorem tuum.* licet enim, post suam Resurrectionem, assumpserit alas aquilae, & volauerit ad caelum Empyreum: *ut iam eum non videas in propria figura humana;* in hoc tamen Sacramento nunquam auolabit, aut a te discedet usque ad finem saeculi: ideoque tui oculi videre semper possunt praecceptorem tuum: licet panis vini que accidentibus velatum. Confidens itaque sublimis huius Magistri virtuti, incipere poteris legere ac meditari septem illa mirabilia & stupenda prodigia, quae fides nobis reuelavit in hoc libro viuo, & pane vitae: legendo quoque in ipsis prodigijs virtutes caelestes, quae per illas significantur; aut in eis exerceat ipse Magister, quia ea instituit, ad ostendam infinitam suam sapientiam, & charitatem; sed prius corroboranda fides tua est celebri illa S. Augustini sententia: *si ratio queritur non erit admirabilis: & si queritur exemplum, non erit*

Epist. 3. ad Volusian.

*non erit singularis.* Fateamur itaque Deum posse aliquid facere, quod nos non possumus intelligere: in huiusmodi enim operibus tota ratio ipsius facti, est omnipotentia facientis.

S. I.

*De coniunctione Dei & hominis cum speciebus Panis & Vini.*

**P** R I M V M prodigium, quod in hoc divino libro resplendet, est stupenda quædam coniunctio, sicut superius dicebamus, duarum rerum à se inuicè plurimū distantium accidentium videlicet panis & vini cum corpore & sanguine Christi veri Dei & hominis, in eadem integritate ac maiestate, qua est in ipso coelo. Quid igitur admirabilius, quam rem adeò vilem & terrenam coniungi rei adeò sublimi ac diuinæ? Hoc est admirandum illud quod Propheta dixit Zacharias: *a Quid bonum Dei est, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines.* O diuinæ Sapientiæ altitudinem, quæ tales potuit adinventiones excogitare, vt coniungeret quod bonum & pulchrum est Dei, cum panis & vini figura, electionem vitæ æternæ cum manducatione panis; floremque virginitatis, cum haustu vini? Sed omittamus nunc has duas vltimas adinventiones, de quibus postea erit sermo, nunc de prima dicamus: in qua simul cum speciebus Sacramentalibus Panis &

*a Zach. 9. 17.*

vini

DUX SPIR  
P. DE PONTE

vni coniunctum est omne bonum & pul-  
 crum quod habet Deus intra & extra se, cor-  
 porale & spirituale, & in omni genere virtu-  
 tum, quod bonitatem & pulchritudinem ve-  
 ram efficit. Nam ibi est ipsamet diuinitas, quæ  
 est bonitas & pulchritudo per essentiam; &  
 vni preciosissima & pulcherrima, quam ad-  
 inuenire potuerit Sapientia diuina: vni  
 scilicet verbi diuini cum humana natura, &  
 eam carne & sanguine, ex quibus illa com-  
 ponitur. Ibi est pulcherrima creatura, quæ  
 sit inter puros Spiritus, anima scilicet Christi  
 Domini nostri sanctissima, in cuius compa-  
 ratione obscuræ sunt Hierarchiæ Angelorum:  
 sicut in præsentia solis, stellæ non lucent. est  
 præterea elegantissimum corpus inter omnes  
 homines, qui sunt, & erunt cum splendore  
 immenso, quem ex coniunctione talis animæ  
 recipit, cuius venæ sunt plenæ preciosissimo  
 agni sanguine; quo ille abluit peccata mun-  
 di. Ibi quoque suprema est bonitas & pul-  
 chritudo gratiæ, charitatis virtutum, ac do-  
 norum quæ DEVS communicauit, aut  
 communicaturus est suis creaturis, quia b  
 in hoc Domino sunt omnes thesauri Sapien-  
 tiæ & scientiæ DEI, cum supremo lumine  
 gloriæ, visionisque beatæ, cum potestate  
 excellentiæ, & innumeris alijs gratijs: de cu-  
 ius plenitudine omnes Iusti accepturi sunt par-  
 tem bonitatis & pulchritudinis, quam habue-  
 rint. Ac deniq; quoniam, Bonū (teste S. Thoma)  
 obiectū est appetitionis & amoris; pulchritudo  
 verò

b Colof. 2. 3.



verò aspectus & cognitionis, qui sunt actus perfectæ vitæ contemplatiuæ. si in hoc Sacramento est omne bonum & pulcrum Dei, in eodem quoque erit omne quod amare possis, ac desiderare, ad implendam capacitatem tuæ voluntatis, & intellectus; cordisque famem saturandam. Conijce oculos per omnia quæ scripta sunt in diuinis scripturis, & in libris creaturarum, & omnia hic inuenies cum excellentia infinita, quamuis abbreviatæ & velata externo illo panis & vini velo: si simul legas profundissimam & stupendam filij Dei humilitatem, qua exempli & vilitatis tuæ causam ad eam excelsum coniuge evo-luerit rei ad eam vili; tantamque pulchritudinem & splendorem tam vili externa specie occultare. O altitudinem & profunditatem sapientiæ & charitatis Dei: obstupescit Apostolus, idque meritò, quod *qui in forma Dei esset Patriq; suo æqualis, semetipsum exinani ret formam serui accipiens in similitudinem hominum factus; diuinitatis gloriam, nostræ humanitatis vilitate contegens.* Quomodo ergò tu non obstupesces, quod Deus hic & homo esse demiserit, & abiecerit; vt in hoc sacramento, panis & vini figuram acceperit: & vilis ad eam creaturæ accidentibus se vestiuerit, non solum diuinitatis gloriam, sed etiam humanitatem glorificatam re ad eam vili paruaque cooperiens? Laudent te, Deus meus, pulcherrimæ Angelorum hierarchiæ, ob hanc vnitionem tantæ pulchritudinis cum tanta vilitate factam?

e Phil. 2. 7.

DUX SPIRITUS  
T. DE PONTE

nam; quò te magis humiliatuma spicio, eò ma-  
 gis ostupesco, eoq; amplius te diligo. Sciebas  
 tu bene Domine, si hoc modo te cooperiebas,  
 multos te contempturos, paruique facturos,  
 tanquam purum panem quemadmodum mul-  
 tite in mortali vita degentem contempserunt  
 & tanquam purum hominem vili penderunt,  
 sed immensa tua charitas has humiliaciones  
 tacens complectitur, tolerat ac dissimulat:  
 nullam quærens ultionem de ijs, qui eas tibi  
 intulerunt, vt mihi mansuetudinis, & humili-  
 tatis exemplum præberes. O humilitatem in-  
 estimabilem? ô mansuetudinem incomprehen-  
 sibilem? ô cœlestem Magistrum? qui in san-  
 ctissimo isto Sacramento, docendo tuo exem-  
 plo clamas, omnesq; exhortaris: *d discite à me* d. Mat. 23. 12  
*quia mitis sum & humilis corde.* fac me discere  
 à te, vt mundi huius gloriam occultem, sicut  
 tu diuinam occultas; & vt patientiam habeam,  
 dum ab alijs contemnor, sicut tu habes, dum  
 contemneris; gaudeam ego si habear qualis  
 sum, & contemnar pro meritis; siquidem tu à  
 multis haberi pro eo, qui non es; nec in eo ho-  
 nore, quo dignus es.

§. 2.

*De conuersione substantia panis, acciden-  
 tibus sine subiecto rema-  
 nentibus.*

**P** R I M V M hoc miraculum alia valde stu-  
 penda comitantur, in quibus licebit tibi  
 legere ac meditari veritates & exempla

DUX SPIR  
P. DE PONTE

<sup>a</sup> Exod. 7. 10.  
<sup>a</sup> Exod. 7. 20.  
<sup>b</sup> Ioan. 2. 9.

Opus. 58. c. 11

altissime perfectionis. Secundū ergo miraculū est stupenda conuersio substantiæ panis in corpus Christi D. N. & substantiæ vini in preciosū eius sanguinem. Quemadmodum olim a virgo Moyses cōmutabatur in serpentem, & aqua sūminū in sanguinem, & b aqua denique in vinum. Interest tamen, quod aliæ conuersiones fuerūt visibiles, hæc autem est inuisibilis: in qua interiora panis & vini mutantur, persistentibus visibilibus accidentibus: ad eum modum, quo Christus D. N. ex vtero suæ Matris egressus est absq; eius integritatis detrimento: & cū aues (ait Sanct. Thomas) conuertant interiora oñorum in carnem viuam, eorum corticibus non mutatis: non est multum, quod modo alio prodigioso commutet noster Seruator interiorē panis substantiam, eisdem externis accidentibus persistentibus, figura scilicet, integritate, & reliquis proprietatibus, quas antea illæ habebant, vt fidei diuini huius mysterij locus relinquatur; & ad significandas stupendas mutationes, quas in suis electis operatur potens dextera excelsi, hic latentis mutatisque non exteriora corporis, sed interiora spiritus; non quod naturale est in illis, sed quod liberum & quod terrenum est, in celeste, humanumque in diuinum: vt quemadmodum sub ipsa accidentia ingreditur caro Christi pro substantia panis, quæ ibi erat: sic intra nos ipsos in locum Spiritus proprii ingrediatur Spiritus Christi vniatque ille in nobis & non Spiritus noster: vt liceat cum

Aposto-

Apostolo dicere: *c viuo iam non ego viuit verò in me Christus.*

c Gal. 2. 20.

3.

Hoc ipsum magis elucet in tertio miraculo, quod huic simul coniungitur insignis videlicet solennisq; diuisionis, quam efficit De-  
re rerum intimè vnitarum, & in naturali suo esse colligararum: accidentia enim panis & vini manent sine suo subiecto, substantia scilicet: cui iuxta suam naturam ita in hære-  
bant, vt, illa sublata, ipsa quoque peri-  
rent: Sed Dei virtute fit, vt licet sensibus nostris percipiamus colorem, odorem, & saporem panis & vini: fide tamen credamus, nullam ibi panis substantiam remane-  
re; sed virtute Christi subintrantis dissolu-  
tam esse vnionem illam accidentium & sub-  
stantia; conseruarique accidentia per sei-  
pla supraid, quod ipsorum natura & propen-  
sio exigebat. Quemadmodum d *Iordanis flu-  
minis aqua* in præsentia Arce Fœderis diuifa  
ta fuit, vt superior pars confisteret, inferior  
verò more consueto *decurreret vsque ad ma-  
re mortuum, donec omnino deficeret.* Hoc est  
diuinæ Omnipotentia opus, quo diuina Sa-  
pientia te docet, posse te virtute sanctissimi  
muntis Sacramenti talem perfectionem con-  
sequi, ne sis nimium creaturis astrictus: quam-  
uis natura stricto amoris vinculo te illis ag-  
glutinauerit. eam enim fiduciam conse-  
queris, quod, etiam rebus omnibus crea-  
tis, quibus adhærebas, deficientibus, non sit

d Iosua 3. 13.

Z z z

tibi

tibi creator defuturus, ob cuius amorem, si opus erit, vitam ducere possis separatus a parentibus, fratribus, cognatis & amicis, & illis omnibus, à quibus tuæ vitæ sustentatio alioquin pendebat. Cum enim hic Dominus dixerit: *esse venisse non ut pacem mitteret inter eos, sed gladium & separationem* inter eos, qui se diligunt, quando id ad ipsius diuinum obsequium est necessarium: ita diuinum hoc verbum (de quo Apostolus, quod sit *g* *pertrabilius omni gladio aucti*) in hoc diuino Sacramento latens, ad animam tuam venit, ut affectiones omnes carnis & Spiritus diuidat, perdatque carnales, ut solus Spiritus viuat. Attende verò, quod quemadmodum post consecrationem, sub illis accidentibus neque manet, nec vnquam reuertetur substantia panis, aut aliqua eius pars; sed ipse solus Christus, qui nullam aliam substantiam voluit cum sua ibi manere: sic studendum tibi sit, ut post sacram communionem, offeras DEO te ipsum in holocaustum, ita repellendo à te affectus omnes inordinatos, ut amplius nec ipsi, nec aliquid eorum locum in te habeant, sed ipse solus Christus Dominus. *h non g* *statum enim est* tui Spiritus *stratum*, ut non capiat alterum, qui ipsi aduersetur; nec manebit ipse in altari cordis tui *i cum idolo Dragon*, siue cum inordinata aliqua ad creaturam affectione, nec vult se admitti ad te ad breue aliquod tempus; sed animo nunquam illum dimittendi; & cum ea fiducia de eius omnipotentia, quod

: Matt. 10. 34.

f Luc. 12. 51.

g Heb. 4. 12.

h Isai. 28. 20.

i 1. Reg. 5. 3.

DUX SPIR  
P. DE PONTE

ia, quod gratia sua fit tibi affuturus; ut in ijs, quæ proposueris & statueris, firmus sis & constans. O Deus omnipotens, qui talem diuisionem in Sanctissimo hoc Sacramento efficis, accipe in manu tua potentissimi verbi tui gladiū, sanctam scilicet tuam inspirationem, eaq; separa à me quicquid me potest à te separare. tu esto Domine firmitas mea, & habita semper in mea habitatione: te enim in ea existente, nihil mihi deesse poterit, etiamsi nulla sit creatura, cui adhæream.

Ex Hoc prodigio aliud sequitur nō minus stupendum. Nam panis & vini accidentia per se ipsa & absque substantia cum inhæreant obtinent officia omnia & opera naturalia, nō illa modo quæ imperfectæ accidentis naturæ sunt proportionata; sed alia etiam, quæ eam excedunt, & ipsius substantiæ potius sunt propria. quæ officia æquè perfectè præstant, atque si essent substantiæ coniuncta, supplente diuina virtute, absentis substantiæ vices. Non itaque solum odorem, saporem, aut calorem proferunt, sed confortant etiam, exhilarant & nutriunt humanum corpus, æquè bene, atque si reuera essent panis & vinum. ut appareat verissimum esse, quod *non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo, quod procedit ab ore Dei*: siquidem in hoc Sacramento non panis est, qui nutrit; sed virtus Dei, cum accidentibus concurrentis; quæ etiam, illa eleuat ad alia opera supernaturalia & diuina: eisdem enim animas nutrit, admi-

k Deut. 8. 3.  
Matt. 4. 4.

randosque effectus efficit, quos hoc Sacramentum producit.

HAEC OMNIA illud nobis significant: quod iusti à creaturis veluti auulsi, & innitentes soli creatori, & virtuti, ac viribus quas diuinus hic cibus illis communicat; non solum ordinarias suas actiones, & quidem excellentissime ac perfectissime faciunt: sed etiam grandia quaedam facinora supra proprias vires aggrediantur: feliciterque voti compotes in eis fiant. eò quòd diuina potentia suppleat humanam imbecillitatem. quemadmodum gloriosissimi Martyres in suis agnibus; sanctissimi Confessores ac Virgines in suis ieiunijs, & vitæ asperitatibus sunt experti. Nec verò est cur ex pusillanimitate tepidum contrahas, tuumque nutrimentum simili pani astringas. Nam potest Dei verbum sine eo solis herbis sustentare eum, qui multos delicatosque cibos sumere consueuerat. neque iustum est diuinam omnipotentiam limitare, vt quæ & possit & soleat viles Creaturas, tanquam instrumenta, adhibere ad opera præclarissima. & ita licebit cum Apost. dicere *omnia in offum* in virtute diuini huius panis *qui me confortat*; & cum Iob: *in potentia Domine iuxta te. & cuiusuis manus pugnet contra me*: si enim tu es intra me, omnem, tui amore, superabo difficultatem. **O DEVS** infinite, qui *in infirma mundi elegis, vt confundas fortes*, ne gloriatur aduersum te brachium carneum; vtere me, tanquam

1 Phil. 4. 13.  
in Iob. 17. 3.  
in 1. Cor. 1. 27.

DUX SPIR  
E. DE PONTE

eus Omnipotentis instrumento, ad insignia glorie tue facinora præstanda.

S. 3.

*Quomodo sit Christus Dominus noster  
in Sanctissimo Sacramento.*

5.  
**Q**UIN T V M prodigium, vereque stupendum est, quod totum corpus Christi Domini nostri, cum tota sua integritate, & pulchritudine, quam habet in cælo, sit in hoc Sanctissimo Sacramento, modo quodam singulari. Nam totum & integrum est in tota hostia consecrata, & in qualibet eius parte, atque si esset Spiritus, ad eum modum, quo anima nostra est tota in toto corpore, & tota in singulis eius partibus. Ex quo fit, ut quamvis Christus Dominus noster habeat in hoc Sacramento veram carnem, non tamen viuat vitam carnis, exercendo scilicet proprias potentiarum, & sensuum corporis actiones. Habet enim ibi, pedes & manus, nec tamen ambulat, aut palpat; habet palatum, sed non degustat; linguam habet, sed non loquitur; oculos & aures, quibus tamen ibi non utitur: quamvis spiritualibus utatur, quibus videt, auditq; omnia: ac deniq; ob eum modum, quo in hoc Sacramento, caret omnibus delicijs, & delectationibus, quæ sensibus percipiuntur: atq; si eis careret. Hæc fuit infinitæ Sapientiæ & omnipotentæ Dei adinuentio mirabilis, qua condiuit carnem Agni immaculati, tanq̃ Spi-



Ioan. 6. 53.  
63.

ritum, vt esset Christiano populo cibus. Quod non sunt affecuti rudes illi discipuli, qui id iudicabant impossibile, aut omnino horrendum: ideoq; murmurantes dicebant: a quomodo potest hic nobis carnem dare suam ad manducandum, & durus est hic sermo, & quis potest eum audire? & ex hoc multi discipulorum eius aberrunt retro, & iam non cum illo ambulabant remanentibus vero, secretum hoc aperuit dicens: Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. verba quæ ego locutus sum vobis Spiritus & vitæ sunt. Quasi diceret: ne ita crasse verba mea accipiatis, sicut isti, qui ex mea schola recesserunt: caro enim mea non ita est manducanda carnaliter, sicut manducatur occisorum animalium caro; sed sumenda est sacramentaliter, tanquam Spiritus: quia est caro viuæ, dabitque vitam ijs qui hoc modo eam manducauerint: commutabit enim illos ex carnalibus in spirituales.

1. Cor. 10. 3.

QUALIS autem sit hæc vita, hoc ipsam miraculum representat. Cum enim viri Iusti verè habeant carnem & sanguinem; virtute tamen huius manducationis, vitam ducunt adeo Spiritualem, & ab omni carnis odore & sapore nudam; vt possint cum Apostolo dicere: *in carne ambulantes, non secundum carnem militamus: nec propensionem carnis sequimur.* Nam ad omnia quæ Deo displicent, eiusque voluntati aduersantur, etsi habeamus oculos & aures, non tamen ea videmus vel audimus; & cum habeamus gustatum & linguam, non tamen gusta-

mus au-

DUX SPIR  
P. DE PONTE

mus aut loquimur: & habentes pedes ac manus, non tamen ambulamus aut cōrectamus: interdicientes nobis omnem sensuum oblationem, in omnibus quæ Dei voluntati nō sunt conformia: sed attendimus tantum ijs, quæ ad ipsius obsequium spectant, *c mortificantes* (vt ait idem Apostolus) *spiritu facta & opera carnis*, quò vita nostra spiritualis & perfecta sit: sicut in sanctissimo hoc Sacramēto adumbratur.

c Rom. 13.

6.

Ex hoc prodigio aliud sequitur, non minus stupendum. Nam esto diuidantur ac separentur species Sacramentales in plures partes, nō tamen diuiditur ipsum corpus aut sanguis Christi Domini nostri, sed totum & integrum remanet in qualibet parte diuisa, etiamsi minima. Diuisio enim & separatio solum fit in exterioribus non in interiori: quod est indiuisibile, sicut spiritus: ad eum modum quo speculum refert vultum se aspicientis: quod si in quatuor partes diuidatur, vnaquæque refert eundem vultum æquè integrè, atque eum simul essent. Ex quo intelligitur, tantūdem recipi in parua hostia, atque in magna; & in qualibet eius parte, atque in tota; in quo renouatur antiquum illud miraculum de manna, de quo dicitur, quod *d nec qui plus collegerat habuit amplius. nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant congregauerunt, modò designatam mensuram collegissent*: quod quid aliud est, nisi quod in hoc tibi delineetur ac describatur cordis inte-

d Exod. 16. 15  
Abulens. q. 7  
in Exod.

o Osee. 10. 2

gritas, & interior recollectio, quam possis obtinere virtute huius Sacramenti. Nam licet necesse sit, te in varias externas occupationes diuidere, iuxta status & officij tui obligationem: non tamen diuideris interius, *et nec cor tuum ad varias inordinatas affectiones diuides, ne intereat: sed potius in medijs occupationibus* Marthæ, conseruabis illud vnum necessarium cui attendit Maria: cor. s. integrum, recollectum & cum Christo vnitum: dirigendo externas illas occupationes ad vnicum solum finem, gloriam. s. Dei, & executionem diuine eius voluntatis, in reb. omnib. siue magnis siue paruis, & in qualibet earum parte, collimando semper & in omnibus ad eundem finem; & attendendo illis vno eodemque spiritu Christi, propter quem æque satur remanebis paucis atque multis, & infimis atque altissimis: quia tua saturitas in eo erit. vt voluntatem Dei in omnibus, quæ ipse iusserit, exequaris: eodem amore magna & humilia amplectendo, si idem Dominus hæc iusserit, qui illa. Denique in præclaro hoc exemplo addiscere licebit recollectionem in oratione & contemplatione, quã desideras; includendo te, sicut tuus Magister intra recessum tuum, relicto vsu sensuum corporis, & vtendo potentijs spiritualibus, ad agendum solum cum Deo, eiusque magnalia meditanda, concordando, & vnitando tanquam fratres, cogitationes & affectus tuos, virtutes cœlestis huius escæ, quæ panis est vnionis & concordie. O panis vitæ, qui coniungis atque conseruas in tuis electis duplicem vitam

DUX SPIR  
P. DE PONTE

vitam actiuam & contemplatiuam, confirma,  
& collige cor meum, vt ita exerceam plurima  
alterius opera, vt pacem & vnionem cum al-  
tera non amittam. O vinum generans virgi-  
nes, purifica & ordina animæ meæ affectiones,  
vt ita creaturas diligam, quamuis multæ illæ  
sint, vt in omnibus te creatorem meum dili-  
gam. O Deus sub isto velo latens, absconde me  
intra teipsum, vt de te solo cogitem, te que so-  
lum amem, omnibus meis potentijs inter se,  
& tecum colligatis & vnitis.

§. 4.

*De Christi D. N. ad Sacramentum  
aduentu.*

**S**EPTIMUM miraculum seu prodigiū est, 7.  
quod cum Christus D. N. sit in cælo em-  
pyreo, ibi que locum corporaliter occu-  
pet suæ dignitati congruentem. non discedens  
inde, descendit semper ad Sacramentum, in  
quo est in partibus innumeris vniuersi, vbi-  
que fit consecratio, nullo prætermisso loco,  
quantumuis abiectissimo, & vilissimo. attendit  
enim providentia sua incomprehensibili, om-  
nibus sacerdotibus volentibus consecrare; &  
in eodem instanti accedit ipse, vt verba con-  
secrationis, ipsius nomine super panem & vi-  
num prolata, verissima esse faciat: ita vt sta-  
tim, atque sacerdos dicit: **HOCEST COR-  
PVS MEVM, & HICEST CALIX SAN-  
GVINIS MEI,** sit ipse ibi, sicut supra est di-  
ctum: a obediente Deo voci hominis sacerdotis. a iosu. 10. 14.  
non

DUX SPIR  
P. DE PONTE

non solum, si ille iustus sit, bonaque intentione verba illa proferat; verum etiam, si ille sit improbus, pravaque intentione, ipsum Christum verbi gratia contemnendi & in mortali peccato communicandi, illa dicat: idque faciat non solum semel in die, sed quoties eius minister voluerit. Quod enim in se est. decreuit & statuit, non suam voluntatem, sed alienam sequi; in qua suam omnino posuit. in eodem itaque instanti miro & stupendo quodam modo, corripit ipsas species Sacramentales ita firmiter ac solidè, ut quamdiu illæ durant, nunquam illas dimittat, ubicunque illæ collocentur: ita ut neque sumentis illas indignitas, qualis fuit iudæ; neque utilitas loci, ubi Sacramentum seruandum reponitur; nec iniuriæ vllæ, quæ illi inferantur; aut blasphemix, quæ in ipsum iaciantur, illum ab speciebus expellere valeat. Nam quemadmodum factus fuit obediens usque ad confixionem in cruce, & in eadem usque ad mortem perseverauit; itaque nostri gratia accedit ad sanctissimum Sacramentum: in quo tamdiu perseverat, donec ipse panis & vini species corrumpantur. & uniuersum immutabiliter id seruabit usque ad finem mundi, hac etiam ratione implens verbum, quo promissit, *hæc ego cum futurum usque ad finem sæculi.* O heroicam obedientiam: o inuictam perseverantiam: o prodigiosum exemplum, dignissimum quod omnes venerentur & imitentur: Lege o anima mea, & ruma excelsissimas virtutes in hoc libro scriptas, easque comedas,

Mat. 28. 20

edas, vt tuas facias. Ex nunc Saluator mi, virtute huius tui Sacramenti, spero me imitaturū tuam obedientiam, humilem, & ad nutum: meipsum subijciens non solum maioribus, sed & minoribus; *non tantum bonis & modis, sed etiam discipulis*: quatenus illi vices tuas obtineant, nec solum in rebus mihi iucundis & honorificis, sed etiam in insulis & abiectis: exuendo meam propriam voluntatem, vt induā superioris, hilariter, ad nutum, sine dilatione aut mora; & tanta constantia, vt mori potius eligam, quam desinam obedire. O panis viue, qui de coelo venisti, vt perpetuam manducanti vitam conferres, siquidem *de vita mea in voluntate tua* implenda est: concede mihi te cū eo spiritu manducare, vt semper existimem: *et cibum meum esse facere voluntatem eius*, qui tanta in me bona confert

1. Pet. 2. 13.

Psal. 29. 6.

1. Ioh. 4. 34

8.

HVC miraculo aliud quiddam accedit, quod mirificè illud exultat. Nam, esto ad rei veritatem, quam verba cōsecrationis in rigore significant, satis fuisset, quod sub accidentibus panis esset solum corpus Christi D. N. & sub accidentibus vini, solus esset sanguis: hoc tamen nō obstante, voluit ipse, vt se hæc duo inuicè comitarentur, simul cū cæteris rebus, quæ simul cum illis sunt colligatæ, nulla prorsus excepta: ita vt in sacra hostia sit corpus cū suo sanguine & anima, ac diuina persona, quæ hæc omnia sustentat, cum tota diuinitate, quæ est in filio, in qua ipse est vnus cum Patre, & Spiritu S. ita vt nō possit vnus ab alio separari.

Et eo-

Et eodem prorsus modo in sacro calice est sanguis cum ipso corpore & anima, ac diuinitate. ex quo fit, vt tantumdem omnino suscipiat laicus in hostia sola, sicut sacerdos in hostia & calice: eo quod totus Christus sit sub singulis speciebus. quare omnes excellentiæ, quas diuina scriptura tribuit huic pani, sunt etiam de hoc vino intelligendæ; & vicissim quas vino tribuit, sunt intelligendæ de pane, qui *fitim extinguit, inebriat, & generat virgines*: sicut diuinum hoc vinum: & hoc *fit famem sedat, confortat, nutritque, sicut panis*: & in utroque manifestat infinitam suam charitatem & liberalitatem erga nos *h commouens* (vt dixit per Aggæum Prophetam): *ælum & terram*: edens ad eò stupenda prodigia in pane & vino terrenis; & in corpore & sanguine suo celestibus; coniungens vtraque in vno, vt *veniat desideratus cunctis gentibus* quotidie in templum suum, & *impleat domum suam summa gloria*, reali vt delictet sua præsentia. Quænam charitas profusior esse potest, aut quæ liberalitas magis beneuola, quam quod Deus nobis det quicquid *bonum & pulchrum* habet. inuertens omnes naturæ leges; vt sua nos repleat gratia.

SATIUS equidem fuisset, ad spirituale nostrum alimentum, si merum panem & vinum benedicta nobis dedisset, ipso Christo Domino è cælo eis tanquam instrumentis. vt ente, ad efficiendos eosdem effectus in anima, quos nunc efficit; quemadmodum pura aqua, purum oleum ac balsamum materia sunt alia-

DUX SPIR  
P. DE PONTE

f Ioan. 6. 35.

O' ex 14. 8.

Cant 7 9.

g Zach. 9. 17.

h Agg 2. 7.

i Zach. 9. 17.

cum Sacramentorum: sed id tamen non fuisset satis, ut infinitam suam charitatem, liberalitatem, ac misericordiam nobis manifestaret. quare voluit ipsemet per seipsum venire, cum suo corpore & sanguine, cum anima & diuinitate: ut sic esset nostrum alimentum. Si magnus quispiam Princeps, mensæ accubens cum sui regni Magnatibus, recordaretur pauperuli alicuius ægroti in straminea sua casa iacentis, nihil habentis, quod posset comedere, motus Princeps eius commiseratione, mitteret per aliquem ex suis famulis delicatum aliquod ferculum, ex quo ipse vesceretur; hoc existimarem magnum indicium misericordiæ & charitatis illi Principis erga desertum illum pauperulum: quod si non per aliquem famulum, sed per vnum ex Magnatibus mensæ accubentibus, quæ ex mensa surgere & ferculum illud ad pauperulum portare iuberet, diceremus maiora Principem tunc dedisse indicia amoris erga pauperem, quantum illum faceret. Quod si verò ipsemet è mensa surgens, cibum illum delicatum ad pauperem deferret; excessum amoris interpretaremur: nec deesset, qui stultitiæ factum illud tribueret; aut rem maiestate regia indignam, aufereret.

○ IMMENSAM sublimitatem? ô diuini amoris excessum infinitum: quod regis pectus terreni non capit, hoc præstat quotidie Rex cœlestis modo quodam adeo amabili ac liberali, ut excedat

quic-



k Luc. 22. 30.

quicquid nos aut loqui possumus, aut intelligere. Rex enim hic cœlestis accumbens in cœlestibus palatijs k mensæ (sicut ipsemet Apostolis suis dixit) & continuum exhibens conuiuium suæ aulæ magnatibus, seipsum præbens illis in cibum, vt videant ac fruantur ipso magna saturitate. Ibi inquam meminit pauperuli & miserrimi hominis, imbecillis, & iacentis in huius mundi casula, prostrati in cœno suarum miseriarum, nec bolum habentis panis, quem ori apponere possit. Huius ergo miseratus, vult aliquid ex proprio ferculo & reliquijs mensæ suæ illi mittere, de gratia videlicet & charitate, de donis & cōsolationibus: quæ ibi in magna abundantia & absque vlllo fastidio comeduntur; sed hanc tamen portionem non vult mittere per aliquem ex Angelis, qui illi ministrant; nec per Seraphinos qui mensæ assistunt. Sed ipsemet è cœlo descendit, licet accidentibus panis & vini velatus, & ita fit ipsemet cibus & potus, vt suis donis eum impleat, qui dignè ipsum acceperit.

Serm. 79. in  
Cant.

Si non scis quid sit amare, stultitiam hanc existimabis: vt enim ait Sanctus Bernardus: instar linguæ græcæ est ei, qui nunquam illam didicit, quod loquaris de amore cum eo qui nesciat quid sit amare. Si tamen vel aliquid scias de amore, facilè credes quicquid hactenus diximus: est enim quædam proprietatis amoris, vt sit inuentius viarum & modorum, quibus dilecto suo vniamur. faciat.

DUX SPIR  
P. DE PONTE

carque illum participem omnium, quæ ipse  
habet, ut prouocet ad redamandum. & cum  
Deus infinita habeat sapientiam, & omni-  
potentiam; inique amor sit infinitus: quô-  
modo potes dubitare, quod sciet, poterit, ac  
volet has adhibere adiuuentiones, quibus te  
ad ipsum amandum alliciat, ac pertrahat? O  
amor infinite, quid faciam, ut ita amem te, sic-  
ut tu amas me? cur non tibi dem quicquid ha-  
beo, cum sit ad eum modicum; siquidem tu  
venis ad me cum omnibus, quæ habes, quæ tâ-  
ta sunt; adhibeam ego mille inuentiones, ad  
tibi seruiendum; sicut tu, ad mihi indulgen-  
dum adhibuisti.

HAB sunt, frater charissime, septem diuini  
amoris adiuuentiones; in quarum medita-  
tionibus, simul cum alijs septem capite duo-  
decimo positis, frequenter exercere te debes,  
sicut dicitur cum Dauid: *In omnibus o-*  
*mnibus tuis, & in adiuuentionibus tuis exerce-*  
*bor;* congratulando Saluatori tuo de omnibus,  
illis verbis Isaie: *in diuitiis iusto, quoniam be-*  
*ne: quoniam fructum adiuuentionum suarum*  
*comeder.* O iuste iustorum & sanctorum san-  
cte, sint felices sanctæque omnes adiuu-  
entiones, quas ad nobis indulgendum adhibui-  
sti: sit benedicta sapientia tua, quæ illas adiu-  
uenit; & omnipotentia quæ illas est execu-  
ta: & charitas quæ illas voluit & elegit.  
Certus esto Domine, quod comedes fructus  
earum: multas enim animas ad te trahes, quæ  
has adiuuentiones meditantes diligant te

Psal. 76. 13.

in Isa. 3. 10.

DUX SPIR  
P. DE PONTE

amore feruenti, & inuentiuo, qualis tuus est amor. Fructus tui fuerunt, adinventiones Apostolorum, Martyrum, Virgineum, Anachoretarum, & Religioforum, quibus ostendere voluerunt amorem erga te, respondentem tui erga se; & nunc comedunt, fruunturque in celo fructu adinventionum, quas adhibuerunt in terra. Quis mihi det, vt ego sim vnus ex his iustis, meditando ita tuas adinventiones, vt tuo simili amore te diligerem: quod & ego, sicut illi, fructum comedam mearum adinventionum, fruendo tuis in æternum. Amen.

## CAPVT XVI.

*DE AMORE VNIENTE NOS  
cum Christo Domino nostro: & cum  
proximis, qui per hoc sanctissimum  
Sacramentum obtinetur: & quos-  
nam gradus hæc unio  
habeat.*



Is quæ in proximo capi-  
te sunt dicta, satis decla-  
ratum est quicquid perti-  
net ad aduentum & in-  
gressum Christi Domini  
nostri in hoc Sacramen-  
tū, & ad vnionem quam  
habet

habet cum Sacramentalibus accidentibus; & quid ea vnitione nobis significetur: exempla quoque heroicæ perfectionis, quæ in illis nobis præbet. Oportet nunc pergere vltterius, vt legamus etiam ac meditemur, alterum eiusdem Seuatoris nostri aduentum & ingressum, quem in ipso Sacramento existens, facit in ijs, qui communicant; & admirandam vnitionem, quam in illis efficit, quò nos disponamus & excitemus, vt eius participes simus, meditantes nouas eius adinventiones, quæ in hoc ipso elucent: eidemq; Domino congratulemur quod illas fecerit.

AD H O R V M declarationem est aduertendum, quod amor (teste sancto Dionysio) vbicunque sit, siue in Deo, siue in Angelis, siue in hominibus sit virtus vnitiua; cui proprium sit, vnire & coniungere amantem cum re amata, aut (sicut ait sanctus Augustinus) bitumen quoddam coniungens siue alligans, mutuo se amantes in conformitate volutatum. cupit enim illos coniungere, maxima, quæ possibilis erit, vnione & nexu: ad eum modum, quo dicit Scriptura sacra, a animam Ionatha conglutinata fuisse quasi glutine quodam cum anima magni sui amici Davidis. Et Philosophi dicere solebant, quod anantes optarent ex ambobus fieri vnum: quod explicabat Plato per quandam fabulam duorum insignium amicorum, qui cum simul iter facerent, obuium habuerunt

C. 4. de di-  
uina, uomi.

Lib. 8. de  
T. i. c. 10.  
S. Tho. 1. 2. q.  
18 a. 6.

1. Reg. 28. r.

Aristopha-  
nes apud A-  
rist. 2. poli.  
c. 2.

Vulcanum, (quē antiqui fabrum appellabant) qui iussit, eos petere, quod vellent: ipsi verò responderunt: petimus vt nos in ferrariam tuam officinam inducas, tuoque malleo & incude nos ita emollias ac dissoluas, vt ex vtroque fiat vnus. Hac sua sententia significantes ingens desiderium, quo tenentur amantes, vt inuicem sint inter se vniti; modisque & vias, quas ad id obtinendum adhibent. Sed hoc quod apud homines impossibile est ac fabulosum, est quodam modo admirabili possibile ac verum nostro magno Deo: qui quod infinito amore suas creaturas prosequatur; sitque omnipotens ad faciendum quicquid velit, desiderat se illis coniungi maxima vnione, quæ ipsius magnitudini sit conueniens. Quare non contentus communi illa vnione, quam cum omnibus habet, per essentiam scilicet, præsentiam & potentiam suam; nec ea, quam habet cum iustis per gratiam, nec ea, quæ habet cum beatis in gloria; alias duas valde prodigiosas adinuenit, quæ excedunt capacitatem omnis intellectus creati.

vnio hypo-  
statica.

*Prima est vnio hypostatica* diuini verbi cum humana natura, qua vna eademque persona realiter ac verè Deus esset ac homo: filius Dei per æternam generationem; & filius virginis per temporalem. Inducens itaque Deus hominem in officinam infinitæ suæ charitatis, fecit ex vtroque vnus, Christū videlicet in quo esset infinitæ diuinitatis excellentia, nec tamen proprietates deessent humanitatis, sicut  
iam

DUX SPIR  
P. DE PONTE

Opus, s. c. s.

iam est declaratum. Verum hac vnione (sicut sanctus Thomas perpendit) licet cognationem cum omnibus hominibus contraxerit, & omnes suae cognationis nobilitauerit ac ditauerit, non tamen cum singulis personaliter se coniunxit. quia id infinitam eius Maiestatem non decebat; sed neque omnibus licuit eius praesentia frui, nisi paucis quibusdam, quibus fuit concessum vestimenta eius tangere, pedes & manus osculari, vulnera tangere, & in eius societate manere; & soli vni virgini fuit concessum, ipsum in utero suo tanquam filium proprium gestare.

Vnitio Sacramentalis.

HANC igitur ob causam infinita Dei sapientia ineffabilem aliam vnitionem adinuenit, maximam, quae praeter hanc praedictam esse poterat, quae hic Deus & homo omnibus hominibus iungeretur: Ingressus enim officinam infinitae suae charitatis ita se pinsuit, angustauit, & transformauit in cibum & potum, coniungens corpus suum cum speciebus panis; & sanguinem ipsum suum cum speciebus vini, qua ratione verè & corporaliter ingreditur singulos homines, qui hoc sacramentum sumunt; estque intra illos ita ipsis vnitus, ut licet sint duo, vnus tamen vterque esse videatur: eaque vnio tam diu in ipso homine perseverat, quamdiu Sacramenti accidentia perdurant; sitque particeps homo deliciarum & fauorum, quos adeo potens amicus, suis amicis potest communicare.

HAEC sunt NOVA illa prodigiosa & mû-



a Iere. 31. 22.

do inaudita, quibus inuitat nos Ieremias propheta reuocans nobis in memoriam miraculum incarnationis, quod quotidie in sacra Communione renouatur. a *Vsque quo* (inquit) *delictis dissolueris filia vaga, tota effusa ad tuas voluptates: scito enim quia creauit Dominus NOVVM super terram, FOEMINA CIRCUMDABIT VIRVM:* quasi diceret: attende, quod noster magnus Deus, quod re celestibus suis delictis impleteret, opus quoddam nouum & prodigiosum fecerit in terra, ingressus in ventrem vnus virginis, ita vt illa intra se circumdet & gestet virum, non quide ætate, sed sapientia & sanctitate: Quod nouum prodigium adhuc progredietur ulterius. illud enim renouabit Deus quotidie in terra, quo tu possis eius esse particeps. Nam vna scemina, & quælibet persona, quæ diuini huius Sacramenti panem comederit, circumdabit intra se realiter ac verè hunc virum, qui est Christus, non iam virum in sapientia, & sanctitate tantum, sed etiam in ætate & integritate viri perfecti, quam nunc habet in throno suo celesti. qui suo in quælibet hominem ingressu communicat ei celestes delicias, tanta nouitate, quotiescunq; illum accipit, atque si tunc primum illum acciperet. O sublimitas diuitiarum sapientiæ, omnipotentia, & charitatis Dei: Quanam sapientia, Deus meus, nisi tua, prodigiosam ad eò nouitatem potuisset inuenire? & quæ potentia, nisi tua, ad eam exequendâ suffecisset? & cuius charitas nisi hæc tua eam

DUX SPIR  
P. DE PONTE

tua eam velle potuisset, vt suis amicis indulgeret, & ijs coniungeretur, quos amat. Clarifica, Domine, oculos meos sapientia tua, vt omnipotentiae tuae opera probè intelligam; tuaque immensa charitate totus inflammer, ingressus in hanc tuam officinam, vt euadam per amorè vnitus tuae infinitae bonitati.

§. 1.

*De spiritali cum Christo Domino nostro vnitione.*

**P**RODIGIOSA hæc Sacramentalis vnitione dirigitur præcipuè ad spiritualem animæ nostræ cum ipso Christo D. N. vnitionem; ita vt esto sint duo spiritus, per amorem tamen perfectum vnus spiritus efficiantur; iuxta illud Apost. a *Qui adhæret Domino, vnus spiritus est:* & qui Christum manducat, vnus est spiritus cum Christo, vnitate quadam ineffabili, quæ ipsa manducatione significatur. Nam quemadmodum inter omnes res creatas nihil est quod maiori vnione ac similitudine cum homine coniungatur, quam cibus sumptus: quia conuertitur in ipsi hominis substantiam, induitq; ipsaemet eius qualitates. ex quo fit, vt cibi delicati molles carnes nutriat; crassi verò fortia & robusta corpora: ita etiã ingressus Christus D. N. in forma cibi in hominè, connectit cum ipso vnionè & similitudinem spiritalè, licèt diuerso modo, quàm cibus corporis, sicut ipsemet Dominus S. Aug.

2 1. Cor. 6. 17

Lib. 7. cap. 6. 10.



manifestauit dicens: *cibus sum grandium, resce, & comedes me: sed non tu me mutabis in te: sed tu mutaberis in me:* quasi ei diceret: qui cibos alios comedit, illos conuertit in suam substantiam desinentibus illis esse, quod erant comedens enim mutatione hac cibos ipsos uiuificat, ita ut & ipsi uiuant vita ipsius comedentis, qui eos portat secum quocunque eat. Qui aut diuinum hunc panem comedit, ipse desinit esse quod ante erat, & incipit esse quod est Christus, qui ipsum spiritualiter mutat in seipsum, dans illi spirituales suam vitam, ut vita uiuat ipsiusmet Christi, & ab eodem dirigatur in ijs, quæ cogitat, loquitur, & operatur: ad eum modum, quem d. Paulus experiebatur, cum dixit: *viua tam non ego, uiua uero in me Christus* Nam ut (sanctus Dionysius perpendit) *uuebat vitam amatoriam*, siue amantis, qui non in se, sed uiuit in amato, quocumque uersatur: & quiescit in cuius conspectu semper incedit, cuius opera imitatur, siueque ipsius oblitus, solum est sollicitus, quomodo placeat dilecto suo IESU. Nam *amatoris animus mortuus est in suo corpore, & uiuit in alieno.* & anima, quæ Christum amat, est ueluti mortua in seipsa rebusque suis, solum uiuens rebus Christi, cum quo se una coniungit in omnibus: quod (sancto Chrysostomo teste) proprium est vehementer amantium.

QVI S uero explicare poterit præstantiam huius vnitionis, uitamque ex ea pro-

uenien-

DUX SPIR  
P. DE PONTE

Gal. 2. 20.

ubi supra.

Hom. 61. ad  
d pop &  
+1. in Ioan.

mentem? ipsemet Dominus non inuenit a-  
 pteorem similitudinem, quæ eam declararet,  
 quem eam conferendo cum æterna & infinita  
 vnione, quam ipse cum æterno suo Patre ha-  
 beret. *c qui manducat (inquit) meam carnem & c* Ioan. 6. 57.  
*bibit meum sanguinem in me manet & ego in*  
*illo: & sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo*  
*propter Patrem: & qui manducat me, & ipse ui-*  
*uet propter me.* O infinita diuinæ charitatis al-  
 titudo, quæ ita splendet in cœlesti hoc cibo?  
 quænam uiuo maior esse potest, quam illa quæ  
 meruit comparari ei vnioni, quam Dei filius  
 habet cum æterno suo Patre? Nam quemad-  
 modum ab eo per generationem æternam ac-  
 cepit ipsum esse, & vitam Dei, omnesque eius  
 perfectiones & excellentias: ita proportione  
 quadam, qui diuinum hęc panem comedit per  
 eum accipit ipsum esse, & vitam Christi, om-  
 nesque eius perfectiones & virtutes; ita ut nec  
 sentium alium, nec vitam aliam habeat, quam i-  
 plius Christi; nec quicquam operetur, faciat-  
 ue, quam per eundem Christum. propterea  
 (ait Sanctus Gregorius Nyssenus) datur nobis  
 qui semper est, in cibum; *ut id efficiamur quod*  
*ipse est,* desinentes esse quod sumus, ita ut ipsi-  
 us gratiâ, ineffabili quadam similitudine par-  
 ticipes efficiamur eius, quod ipse est per natu-  
 ram. Et hinc prouenit, ut, quando communi-  
 cas sicut oportet, simul manduces in Sacramē-  
 to Christum cum eius donis; & ipsemet Chri-  
 stus spiritum & cor tuum comedat; siquidem  
 ipsum in se transformat: sicut comedens sum-

Par VI. Med  
 42. punct.

In cap. 3. Ec-  
 clestiaft.

1 Apoc 3.2.

atum cibum in se conuertit. Vtrumque autem hoc allegat diuina vocatio, cum ad hoc conuiuium nos vocat, dicens: *d Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum & cenabo cum illo, & ipse mecum.* quasi diceret: Ego per gratiam meam ingrediar eius animam, & solemne conuiuium instituemus: in quo ille corpus meum in Sacramento sumet, fructusq; ac virtutes, quas ei meo ingressu comunicabo: ego verò Spiritum eius sumam, & in meum transformabo, ne amplius sit quoderat, sed imitatione perfecta sit, quod ego sum: uiuatq; sicut ego uiuo. O iuste Iustorum, & Sanctorum Sancte, sit felix faustumq; quod factus sis homo, & hominum cibus, e *quoniam fructum adinventionum tuarum comedes.* comedes enim, & simul comederis; comede, Domine, corda te in Sacramento comedentium, transformans ea in tuum Spiritum, ne ultra sibi, sed tibi uiuant, te amantes sicut tu illos amas: permanēs in illis semper, & illi semper intra te in æternum. Amen.

1sa. 3. 10.

§. 2.

*Varij Spirituales huius vnitionis gradus.*

**Q**uo supremam hanc vnitionem plaris facias, operæ pretium erit, omnes eius gradus ac proprietates aperire; & quæ ratione diuinum hoc Sacramentū eos efficiat in ijs, qui benè dispositi illud sumunt, eò maiorum

ri eorum

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

ri eorundem graduum augmento, quò illi ma-  
iori præparatione accedunt.

PRIMA omnium vnio fit per communica-  
tionem gratiæ, animam, ob lethalem cul-  
pam mortuam, viuificantis. Tanta enim est  
virtus huius Sacramenti, (eo quòd sit panis vi-  
uus, habeat que in se carnem diuini verbi puri-  
ficatam) vt in aliquo casu det verè vitam, gra-  
tiæq; vnitione ei, qui ea carebat; si accedat vel  
ignoràs, se in tali peccato esse; vel id quidè sci-  
ens, sed nõ potens confiteri, existimans verò se  
perfectum dolorem habere, què vocamus con-  
tritionem. Vis. n. & efficacitas Sacramenti  
legis nouæ resplendet in hoc, qd suppleat hunc  
Contritionis defectum in eo, qui accipit illa,  
cum ea præparatione, quam potest moraliter  
adhibere, quam appellamus Attritionem.

SPECTAT tamen magis propriè ad hoc di-  
uinum Sacramentum, (vt ait S. Thomas) con-  
seruare hanc primam vnitionem, vitamq; gra-  
tiæ quæ efficit Baptismus, aut Pœnitètia, id qd  
præstat valdè excellenter. Nam corporalis ci-  
bus etiam æquè preciosus atq; ipsum Manna,  
non sufficit ad sustentandam perpetuò comu-  
tionem animæ cum corpore, sed ad tempus  
tantum limitatum, ita vt, qui illo vescitur,  
tandem moriatur, siue morte violèta, siue  
ob defectum naturalem ex nimio senio: a  
*Qui autem comedit hunc panem* (ait ipsemet  
Saluator) *viuet in æternum.* Si enim ipse ve-  
lit, numquam morte culpæ morietur: pa-  
nisque hic diuinus virtutem conferet. ad  
confer-

1.

2.  
3 part. q. 29.  
a 1.

conseruandam in æternam vnitionem, quam habet cum gratia, quæ est ipſius animæ vitæ; quem propterea panem Propheta appellat *b* *Zath. 9. 17* *frumentum electorum*. O altitudo ſapientiæ diuinæ quæ cum manducatione panis, nouit electionem æternæ vitæ coniungere. Si vis eſſe ex numero electorum ad cœlum, manduca frequenter ex arbore hac vitæ, quæ eſt in medio paradisi Eccleſiæ Militantis; cuius virtute peruenies etiam ad *cedendum de ligno vitæ, quod eſt in paradiso* Eccleſiæ Triumphantis, vbi clarè videas Deum æternum, quem nunc in Sacramento ſumis. O vitæ arbor Chriſte Ieſu, perſerua me à morte æternâ conſeruando in me vnitionem cum tua gratia donec illam conſequar, quam es mihi daturus in gloria.

*c* *Apos. 2. 7.*

*in paradiso* Eccleſiæ Triumphantis, vbi clarè videas Deum æternum, quem nunc in Sacramento ſumis. O vitæ arbor Chriſte Ieſu, perſerua me à morte æternâ conſeruando in me vnitionem cum tua gratia donec illam conſequar, quam es mihi daturus in gloria.

3.

SE D vltèrius progreditur efficacia diuini huius Sacramenti. Nam quotieſcunq; ſumitur, nonos addit gradus diuinæ huius vnitionis; gratiamq; ita auget, vt nullus ſit augmenti terminus: quem tamen terminum & limitem habet cibus corporis in eius augmento. Et fortè propterea LXX. interpretes Spiritu DEI

*Ita S. Hiero. ibi,*

afflati, hoc Sacramentum appellarunt *frumentum iuuenum*, vt ſignificarent, quod iuuentutem & vigorem ſpiritualem conſeruet, nec permittat ſenium aut tepiditatem. quin potius

*d* *Pſal. 102. 5.*

*e* *Iob. 29. 4.*

*d* *renouat ſicut aquila iuuentutem nouo feruore Spiritus. Quare ſi deſideras cum Sancto Iob e redire ad dies adoleſcentiæ tuæ, quando ſecreto Deus erat in tabernaculo tuo, quando lauabas pedes tuos butyro ſiue lacte & petra fundebat ſi*

*birinos*

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

*virius olei*: manduca hunc panem electorum  
 quo tectus intret Deus in tuum hospitium, v  
 renouet spiritualem tuam iuuentutem, riga  
 potentias tuas lacte suarum consolationum;  
 manante ex petra hac viua, adeo copioso de  
 uotionis oleo, vt reddat te sanitati, illuminet,  
 emolliat, consoletur, & corroboret te in hac  
 via tua.

QVOD si vis scire, qua ratione hanc faciat  
 renouationem, respondeo id facere, efficiendo  
 in spiritu actualem vnitionem cum Deo, per  
 recentes feruentesque amoris ac deuotionis af  
 fectus; atque trahendo ad seipsum intellectum  
 lumine illustrationum, quas illi communicat;  
 & post eum etiam voluntatem, efficacitate di  
 uinarum inspirationum. replet enim eam iu  
 uilis, & cœlesti quadam saturitate, ex reali ve  
 raque præsentia eius Domini, à quo adeo dili  
 gitur. Hæc est refectio spiritus, diuini huius  
 Sacramenti propria, quod eminenter est *cella*  
*caelestium vinorum* sponsi: in quam suos ele  
 ctos *introducitur* ac recolligit: & vt Sanctus Am  
 brosius ait) adeo eos inebriat, vt omnem curam  
 huius sæculi dimittant, mortisque timorem; &  
 omnium terrenorum obliuiscantur. Est Manna  
 absconditum, cuius dulcedo tâta est, (eo quod  
 in sedulcedinis fontem contineat) vt nemo  
 possit cognoscere, qui eam non experiatur. Et  
 quemadmodum Manna, vnicum tantum habe  
 bat saporem proprium & naturalem, *g quasi si*  
*mila cum melle*. quem plebs & vulgus per  
 cipiebat, nec vllum alium: at iusti, cum qui  
 bus Do

f Cant. 2. 4.

Serm. 15. in  
 Psal. 118.

g Exod. 16. 31

b Sap. 16. 20  
ita Abul q. 5  
in esp. 9. E  
xod. & q. 15  
in c. 16. & q.  
16. in esp. 11  
Numer Lyra  
in c. 16. Sapi.

bus Dominus familiarius agere cupiebat, ac  
diuinæ suauitatis suæ diuitias manifestare, in-  
ueniebant in eodem Manna ( vt Sapiens di-  
xit ) *h omne delectamentum & omnis saporis  
suauitatem : deseruiens enim Manna vnus-  
cuiusque voluntati, ad quod qui volebat conuer-  
tebatur.* Cum itaque Manna esset vnicum,  
qui cupiebat Saporem carnis, piscium, aut  
fructuum eundem percipiebat : Ita et-  
iam coeleste hoc Manna gratiam communi-  
cat, ac deuotionem ordinariam ijs qui ordi-  
naria & vulgari tantum dispositione illud su-  
munt : qualis esse solet in hominibus vul-  
garibus & imperfectis in Ecclesia, feruentibus  
tamen ac perfectis, qui magna preparatione  
illud sumunt, magnam abundantiam & spi-  
ritualium consolationum varietatem comunicat,  
eos permouens ad varios virtutum affectus iux-  
ta desiderium, quo ad illud sumendum acce-  
dunt. Si desideras humilitatem, sapiet humili-  
tatem; Si patientiam quæris, eius tibi infundet  
affectus: quod si anxie orationem & contem-  
plationem suspires, hic tui voti compos effici-  
eris: liberalissimus enim hic pater, qui volun-  
tatem timentium se facit, voluntatem suam in  
tua voluntate constituit, utpote ad finem huius  
Sacramenti directa; per quod exequitur quod ipsa  
elegerit, ad perfectius implendam ipsam diuin-  
nam. Et quemadmodum ingressus in matris  
uterum, extraordinarijs eam consolationibus  
repleuit: quæ testimonium dederunt diuinæ  
suæ præsentia statimque inspirauit, ut *icum fe-*

Luc. 1. 39.

stinacione

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

*festinatione abiret in montana, in ciuitatem Iuda-*  
*modum Zacharia per quam tanquam instru-*  
*mentum & medium, innumera contulit bene-*  
*ficia infantulo Ioanni, eiusque parentibus:*  
 ad eundem modum, cum ingreditur ad eos, qui  
 generosa quadam dispositione, hoc Sacramen-  
 tum sumunt, eos replet Spirituali letitia, quæ  
 diuinæ ipsius præsentia dat testimonium: qui-  
 bus statim inspirat, vt ad perfectionis sublimi-  
 tatem ascendant, idq; cum festinatione, vt ad  
 eius culmen perueniant, multisque animabus  
 bene consulant, in virtute hospitis, quem intra  
 se habent: O clementissime hospes, qui tuorum  
 filiorum voluntati te accommodas, vt *k tua il-*  
 li deseruiant, *in qua eorum vita* consistit, con-  
 cede mihi ita voluntatem tuam in terra face-  
 re, sicut fit in cælo: vt dignus inueniar, qui pa-  
 nem hunc quotidianum manducem, cuius vir-  
 tute eos æmuler, qui sunt in cælo, eo mo-  
 do quo fieri potest in terra: & siquidem *l de-*  
*licia tua sunt, esse cum filiis hominum,* per hoc  
 diuinum Sacramentum veni, ac visita filium  
 hunc hominis, miseris plenum, vt me in fili-  
 um Dei cõuertas, plenum delicijs ac donis cæ-  
 lestibus.

k Psal. 29. 6.

EX HAC vnitione ac refectione Spiritus,  
 alia stupenda oritur vnitio & refeccio carnis;  
 cui etiam sua pars contingit, ex præsentia ve-  
 nerabilis huius Sacramenti, quod eam vnit cū  
 proprio suo Spiritu, dum (ait Sanctus Cyril-  
 lus) passiones eius subiicit rationi: eiq; porti-  
 onem & partem Spiritualium suarum conso-  
 lationum

lib. 4. in c. 19

lationum



Zich. 9. 17.

lationem tribuit, vt omnes sensuum delectationes spernat: quapropter appellauit Prophetam hoc Sacramentum; I vinum generant *virgines*. caro enim Iesu mundissima, castificat animas eorum, quibuscum vnitur. & quamuis potuisset hanc excellentiam speciebus sacramentalibus panis attribuere; voluit tamen potius vinum exprimere, vt appareat omnipotentia ipsius Saluatoris; quæ florem virginittatis coniunxerit cum potu vini *in quo solet esse luxuria*: sic dissolendo Dæmonis aduentiones, quod eadem re, tanquam instrumento castitatis vtatur, quæ illè vtitur tanquam instrumento carnalittatis; quia tanto diuino amore inebriat animã, vt flammam extinguat amoris proprii. Et quoniam opera Dei sunt perfecta, vinum hoc pretiosissimum non generat

m Eph 5. 18.

n Matt. 25. 2.

o Apo. 14. 4.

Homil. 16.  
ad popul.

*n virgines fatuas, sed prudentes*, virgines scilicet in corpore & spiritu aded humiles, & charitate plenas, vt neq; ex virginitate euanescat, neque illis desit oleum charittatis, vt o sequi possint *agnum quocunque ierit*. Ex quo fit, vt quemadmodum generat virgines, ita etiam Martyres generet, atque Doctores, feruentes concionatores, sacerdotes excellentes, Religiosos perfectos, virosq; in omnibus statibus sanctos, fortes, & strenuos contra omnes Dæmones, nihil pertimescente ipsa carne licet infirmã, cum illis congregari. Nam ex hac mensura (ait S. Chryostom.) eximus facti leones, qui flammam ignis per os spiritus sancti et terribiles atq; tremendas vniuerso inferno. Quid enim magnum est, si

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

est, si euadas in leonem, cum habeas in te  
leonem illum de tribu Iuda, qui vicit omnes  
Dæmones? & quid mirum, si spires flammam  
ignis, qui comedisti ignem *consumentem*? Si  
vinci non vis, indue huius Sacramenti armatu-  
rā, sine quo (vt ait S. Cyprianus) nemo permit-  
tebatur agonē intrare martyrij, quia timebatur  
*ne mens deficeret, quā recepta Eucharistia vō e-  
rigeret ac accenderet.* O vinū fortissimū, flores  
pducēs virginū ac Martyrū, inebria cor meum  
vi amoris tui; vt possim inferni potestates su-  
perare meaq; carnis flāmas tēperare. O panis  
electorum, sub cineribus humanitatis & cha-  
ritatis excoctē, qui simul etiā es Gedeonis gla-  
dius, ad exercitus Dæmonum destruendos; cō-  
forta me tua virtute, vt illos omninō vincam:  
tua siquidem erit meæ victoriæ gloria.

Epist 14.

§. 3.

*De amoris cum proximis vnitione.*

**E**X HAC vnitione amoris cum Christo  
D.N. de qua haectenus dixim⁹, alia oritur  
coniunctio & vnitio Iustorū inter se. Nā  
vt philosophi dicunt quæcunq; sunt eadē, siue  
vnita vni tertio, ēt sunt eadē siue vnita inter se  
quemadmodum duo brachia, quæ vni corpori  
sunt vnita, etiam sunt inter se ipsa colligata. ita  
cum oēs iusti, dignè cōmunicantes, vni eadēq;  
Christo in Spiritu sint vniti, habebunt eundem  
sensum, idē velle, & idem operari ipsi Christo  
conforme; vnū eundemq; modū humilitatis, &  
patientia; vnā eandemq; conformitatē in vir-



tutibus cum Christo, per quem viuunt, dicente  
 a Ioan. 6. 51. ipso: a qui manducat me, uiuet propter me. Nā  
 p hoc Sacramentū ad eū eminenter efficit hanc  
 b 1. Cor. 10. 7. vniōē, vt dixerit Apost. b quoniā vnus panis ē  
 vnū corpus multi sumus: oēs qui de vno pane &  
 de vno calice participamus; quib. verbis mirifi-  
 cē nobis declarat sublimitatē huius vniōis;  
 fundamentū, cui innititur; ac modum quo ef-  
 ficitur; eius denique effectus.

r.

PRIMUM enim, quid est, q̄ sint vnus panis,  
 omnes, qui diuinum hunc panem manducant;  
 nisi quod ad tantam imitationis & vniōis  
 prāstantiam perueniant, vt omnes sint vnus  
 idemque panis viuus, ipse videlicet Christus;  
 habentes scilicet ipsūmet eius Spiritum? Nā  
 quemadmodum omnes Sacrae hostiae, quae sunt  
 in vniuerso mundo, etsi plurimae illae sint, ac  
 in externis panis accidentibus diuersissimae;  
 realiter tamen ac verē omnes illae sunt vnus  
 panis viuus: eō quod in illis sit vnus solus Chri-  
 stus, qui viuens est & cum omnibus illis vni-  
 tus: Ita qui dignē communicant, quamuis  
 diuersi sint homines in naturas in Spiritu ta-  
 men sunt vnus idemque panis viuus, qui est  
 Christus, qui viuūt in eis, estque cum illis vni-  
 tus. Et quemadmodum omnes illae hostiae, pro-  
 priam suam substantiam amiserunt, vt vnā  
 omnibus communē admittērent, quae est Chri-  
 stus D. N. Ita qui dignē cōmunicant, amit-  
 tūt quicquid propriū erat Spiritus, vt eius loco  
 n grediatur Spiritus Christi, qui vnus & om-  
 nibus cōmunis: quia oēs se spoliarunt proprio  
 suo

DUX SPIRITUS  
 P. DE PONTE

suo iudicio, propria voluntate, proprijsq; omnibus propensionib. & affectibus; qui discordiarum ac dissensionum sunt radices, solumq; admittunt eos affectus, iudicia, & voluntatem, quæ Christi Spiritui sunt conformia, in quo omnes habent vnum sentire, vnum velle, vnumque operari cum summa conformitate, atque si multa essent corpora, in quibus omnibus vna esset ac viueret anima, ad eum modum, quod de primis Christianis dicitur: *c multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* Nam cum diuinus hic panis, non conuertatur in eos, qui illum sumunt: sed contra ipsi in eum mutantur: (vt supra est dictum) manifestè efficitur, omnes qui digne illum sumunt, mutari in vnum eundemque Spiritum Christi, fierique eundem panem ob conformitatem cum ipso Domino, qui illos transmouit, & in seipsum ita conuertit, vt oēs vnanimiter dicere possint, quod dicebat Apost. d *non sumus nos qui viuimus: sed viuit in nobis Christus.* O Christe dulcissime, esto tu noster vnicus Spiritus; vt omnes Spiritus nostri ita cū tuo vniti, sint quoque vniti inter se Amen.

Act. 4. 32.

Gal. 2. 20.

SED aliud quoq; mysterium latet in verbo illo Apost. *omnes vnus panis sumus:* insinuare enim voluit viam & rationem, qua hæc vnio excusetur: nam (vt perpendit Sanctus Cyprianus) Christus D. N. instituere voluit hoc Sacramentum in re tali, quæ vna quidem sit, sed fiat tamē ex multis, qualis est panis, qui fit ex multis seminibus frumenti: & vinū q̄ fit ex multis vua-

Epi. 63. S August. tract 26 in Ioan.



rum granis. Si enim apertius significatur vnio  
charitatis, quam ipse in suis fidelibus, excel-  
sissimo hoc cibo mediante, efficere intendebat;  
ipsaq; ratio eam cōmunicandi, quæ erat ad si-  
militudinem panis & vini. In quorum granis  
duplicem vnionis rationem licet considerare  
alteram naturalem, artificiatam alteram. Na-  
turalis vnio consistit in eo, q̄ plura simul grana  
in vna spica, aut in botro vnio nascatur, valde in-  
ter se similia, in quantitate, in figura, in odo-  
re, & sapore: *artificiata* dissoluit hanc vnionem,  
vt in maiorem aliam commutat: abstrahens enim  
grana ipsa ab spica siue botro, eaq; cōmuniens,  
corticem crassioresq; partes à subtilioribus se-  
parat furfuribus scilicet, à folliculis, reie-  
ctis: ex his massam quandam cōficit panis, & li-  
quor est quendā vini qua vnitione cōfecta, nihil  
superest quo maius granū à minori, aut album  
à nigro discernatur: quia omnia conuersa sunt  
in vnū panē, vnumq; vinum vnitione maxima  
quæ perficitur & conditur igne, dum panis in  
furno coquitur; mustū vero proprio calore fer-  
uet aut bullit, vsq; ad perfectam purificationem.

3.

**EODEM** omninò modo inter homines est  
duplex ratio vnitionis: altera naturæ, altera  
gratiæ. *Prima* innititur eidem sanguini, aut pa-  
triæ, conditioni aut naturali constitutioni; ex  
quâ procedit naturalis amor, quo se inuicem  
diligunt parentes & filij, fratres & vicini, &  
qui eandem habent propensionem, & eisdē re-  
bus delectantur. Quæ tñ vnio solet esse valde  
imperfecta; & admittere multa carnalia & ter-  
rena.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

rena; deoq; opusest eam dissoluere, & secerne-  
 re partem illam, quæ impedit vnitionem gra-  
 tiæ, quæ multò maior est atq; perfectior. Quæ  
 adrem dixit Christus D. N. se *venisse in terrã,* e Matt. 10. 34  
*ut separaret hominẽ aduersus patrem suũ & filium,* Luc. 12. 51.  
*aduersus matrẽ suam,* & aliquos domesticos ab  
 alijs domesticis, quasi qui grana tritici ex spica;  
 vna ex botro, excipit: quæ conterit & calcat, vt  
 separet ab eis, quicquid est carnale atque ter-  
 renum, mortificando inordinatas carnis & sã-  
 guinis affectiones omniaq; terrena desideria  
 fortunarũ, honorũ, & deliciarum, quæ charita-  
 tis vnitionem cum proximis impediunt. his .n.  
 inordinatis affectionibus mortificatis, coniun-  
 cta manent inter se, & charitatis igne condita,  
 & deuotionis calore, Spiritusq; seruore eousq;  
 purificantur & perficiuntur, donec ipsa vnio  
 stricta valdè sit, & in omnibus perfecta. & tunc  
 impletur, quod dixit Apostolus: omnes esse v-  
 num panem. & vnum corpus, qui de hoc diuino  
 pane & calice participamus.

CVM enim Christus Dominus ingreditur in  
 cõmunicantem, mox tanq̃ gladius, incipit diui-  
 dere & separare quicquid charitatis vnitionẽ  
 impedit: suãq; vehementi inspiratione, effica-  
 citer impellit ad excernendum cor parentum  
 & fratrum à diuitijs, vanisq; honoribus, ac de-  
 lectationibus sensuum: ita vt hæc omnia car-  
 nalia & terrena mortificemus, vt in vnione  
 & concordia cum proximis nostris viuamus.  
 Aliquando inclinatur nos ad hæc omnia relin-  
 quenda affectu tantum; aliquando etiam ef-

fectu & re ipsa: sicut faciunt Religiosi, ut vnio sit præstantior, ac securior: tantaq; similitudine, ut, postquam ea est peracta, sint sicut vnus panis, nec facile discerni possit, quis magnus fuerit, & quis paruus; quis liber, aut seruus, eò qd  
 f Gal. 3. 28. *in Christo Iesu* (vt ait Apostolus) *omnes vnus estis: charitatis. n. vnio æquales illos in Christo facit, & efficit* ( vt ait Isaias ) *g habitat lupum cum agno, vitulum, leonē, & ouē simul morari: leonemq; quasi bouē comedere paleas. ita vt qui magni sunt, demittant se ad actiones paruorum; seseq; ijs coniungant, qui alterius sunt constitutionis & cõplexionis: atq; si eandē & ipsi haberent. habent enim vnum eundemque Spiritum Christi in se viuentis. O panis vite, quas tibi gratias reddemus pro hac vnitione, q̄ in nobis facere constituis. O si omnes eo Spiritu te sumeremus, vt efficeremur verè vnus panis, non terrenus sed diuinus: desinentes esse q̄ sumus, vt, quod es tu, effemus: tuique amore eam vitam, quam tu ducis, duceremus.*

4.

h Cor. 12. 10.

NE verò existimes, hanc ipsam vnionem, nullam amittere in statibus & officijs varietatem, aliam idem Apostolus attulit similitudinem, dicens: *h oēs nos esse vnū corpus, in quo multa sint membra, diuersis officijs destinata: ita tñ coniuncta & vnita, vt non sibi inuicem aduersentur. Nam virtute sanctissimi huius Sacramenti, qui diuersorum sunt statuum, graduumq; in mystico Ecclesiæ, & religionis corpore, adeo sunt inter se vniti, vt diuersitas nõ efficiat dissensionem, aut disunctionem. Nam qui*  
 magnus

DUX SPIRITUS  
 P. DE PONTE

magnus est, vnitur cum paruo: & qui paru<sup>o</sup> est, cum magno. eò quod Spiritus omnes viuificas & connectens sit vnus, quemadmodum anima coniungens omnes corporis partes secum, efficit, vt & illæ inter se coniungantur.

VERVM adhuc est mirabilior vnitio, quam habet idem panis, quando eò peruenit, vt cum sumentis corpore coniungatur, cum se accommodat, & assimilat omnibus eius partibus, licet ad eò diuersis. Nam dum coniungitur carni efficitur caro, & cum ossi coniungitur, etiam in os conuertitur. Quid verò hoc est aliud, quàm nobis significari, quod, q. digne cõmunicant, fiant vnus panis, & vnum corpus, dum omnes ad inuicem sese accommodant in omnibus, quæ sunt licita expediunt ad mutuam omnium vnionem & concordiam conseruandam, vt cum Apostolo dicere liceat: *i omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem*: cum ijs, qui in tristitia sunt contristor; cum lætis lætor; & cum infirmis infirmor; cum paruis efficio paruus, vt cum omnibus vnionem seruem: O panis diuine, qui ipsius terræ habitatoribus, eandem præbes, animorum consensionem & vnionem, q. Sancti habent in cœlo, cõmunicam omnibus, te sumentibus vitam q. tu viuis; vt omnes vnũ tecum effecti, sint etiam vnum inter se ad gloriam tuam in æternum. Amen.

i. Cor. 9. 22

## §. 4. De frequenti Communione.

EX ijs, quæ hactenus diximus, satis constat, quicquid pertinet ad affectuosam magnaliũ



DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

& utilitatum venerabilis huius Sacramenti cognitionem: cuius fructus sentiunt. & experitur, qui frequenter communicant: Hæc n. est alia vna ex diuinis eius excellentijs, quod summum valorem cum summa frequentia coniungat; & excellentiam extrao: dinariam cum ordinaria & familia i communicatione. id quod valde est singulare. nã terrena dona, si sunt pretiosa, etiam sunt rara. quod si vsitata sint, & frequentia non habentur pretiosa: hominum enim facultates, etiam Regum, sunt limitata: quod si multum largiantur, id fit valde raro; Si autem frequenter, id non potest esse multum, alioquin breui tempore nihil, quod largirentur, haberent. at in hoc Sacramento, quod est donum Dei, vtrumq; inuenitur. nihil enim est pretiosius, nihilq; magis extraordinarium, quam Christus homo & Deus: nec aliquid est magis ordinariũ quàm panis & vini alimentum; quorum accidentibus se tegit, vt animum habeas frequenter eum suscipiendi; infinitas ei gratias agendo quod preciosum ad eum donum, ad eum etiam frequenter tibi largiatur; quasi nunquam sibi satis esse existimet, quod seipsum tibi det, & quicquid habet magnum fauorem Israelitæ reputabant, quod Deus illis quotidie largiretur a *mãna de cælo*: sed id fuit per *quadraginta tantum annos*. Hoc autem Sacramentũ, à mille sexcentis annis datur, dabiturq; ad finem mundi. Cibum ille dabatur summo mane, & non aliter: at hic cibus, & Dominus ipse in eo, datur nobis omnibus horis diei ac noctis, mane ac vesperi: *semperq;*

a Exod. 16.35

semperque paratus est ad nos venire. Et quasi  
 repetat semper illa verba, *h vado & venio ad* b Ioan, 14. 28  
 vos, venio de cœlo ad Sacramentum propter  
 vos, vt cor vestrum mecum ad cœlum tra-  
 ham; iterumque redeo, atque reuertar sæpissi-  
 mē, nec desistam, donec animam vestram &  
 corpus eò deducam; vosque sedere faciam  
 mecum in throno gloriæ meæ. Siquidem  
 ergo adeò propendet iste Dominus, vt ad te  
 visitandum veniat, non propter suum, sed  
 propter tuum commodum, par est, vt studeas  
 eum excipere valdè frequenter, non tam pro-  
 pter tuum commodum, quam vt eius deside-  
 rio satisfacias: ita vitam tuam instituens, vt  
 hæc manducatio possit esse valdè frequens:  
 præparando tamen te ad eam excellenti di-  
 spositione: sic enim fiet, vt frequentia, rei pre-  
 tium non minuat, sed augeat potiùs: quia &  
 ipsa dona, quæ cum eo conceduntur, augen-  
 tur. Recordare, inter septem illa, quæ iussit  
 nos ordinaria nostra oratione petere; voluis-  
 se vt quarto loco hic panis peteretur, quem  
*panem quotidianum* appellauit: vt intelligeres  
 te quotidie debere illum desiderare, ac pete-  
 re: ideoque par esse, vt te ad illum recipien-  
 dum digna dispositione præparares. posuit  
 verò hanc petitionem in medio sex reliqua-  
 rum, eò quod veluti medium quoddam sit ad  
 perfectionem impetrandam, quæ in illis pe-  
 titur. Quod si optes ad supremum vitæ vni-  
 uæ culmen pertingere, nullum est medium  
 efficacius, quam frequens feruensque cœlestis

Serm. de  
Euchar.e 1<sup>a</sup> Cor. 26. 20

d Leuit. 6. 12

e Eccl. 28. 12

huius cibi sumpto, in quo ipsemet perfectio-  
nis auctor venit. ut eam augeat atque con-  
seruet, tanquam qui optimè nouerit, quanto-  
pere simili auxilio indigeamus Nam (ut ait S.  
Laurent. Iustin.) amor noster, est instar ignis,  
qui in sua propria sphaera non indiget lignis,  
ut foueatur; extra illam tamen, cum defecerint  
ligna, quibus continuè foueatur, statim  
extinguitur ignis. Ideo in veteri lege iubetur  
sacerdos nutrire ignem altaris subiciens li-  
gna per singulos dies, quò semper arderet: & ut  
ait Sap. e secundum ligna silua sic ignis exardescit:  
tantum scilicet fore (ait) ignem, quanta  
sunt ligna, quæ apponuntur. In hunc igitur  
modum Dei amor, quando est in sua propria  
sphaera, in cælo videlicet, non opus habet re-  
centibus beneficijs, aut manducationibus, ut  
conseruentur; quia ad id sufficit clara diuini-  
tatis visio; quam nulla res aduersa destruit aut  
imminuit: at in terra nostra, ut quæ extra eius  
sphaeram est, multis contrarijs oblectus, facile  
perit, nisi duplex adhibeatur nutrimentum.  
Alterum idemque præcipuum est nutrimentum  
recentium beneficiorum, quod efficit  
summus noster Sacerdos IESVS, ita statuens,  
ut quotidie hoc diuinum Sacramentum con-  
secratur, & ipsemet veniat ad ignem illum  
fouendum; addens singulis suis visitationibus  
recentium gratiarum ligna, donaque ad eum  
conseruandum & augendum; ac proinde quod  
in se est; vellet, ut quotidie sacramentaliter eum  
sumeremus; modò talis adesset dispositio, quæ  
id pro-

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

id promereretur. *Alterum* eiusdem ignis fomentum, sunt profundæ meditationes: & tale fomentum adhibere, spectat ad nos tanquã spirituales Sacerdotes, meditates quotidie aliquas, quibus ignis ille magis accendatur: quare quotidie spiritualiter saltem esset nobis communicandum; ac desiderandum, quod in nobis est, diuinum ipsum Sacramentum sumere; studendo nos necessaria ad id puritate præparare, feruentibus orationibus ac desiderijs, demissè eundem Dominum deprecantes, vt spiritualiter ligna addat huic igni: siquidẽ eius virtus non est Sacramento alligata. O dulcissime IESU, qui in isto Sacramentali throno clamas: *ignem venimittere in terrã*, *f Luc. 12. 49.*  
 & *quid volo, nisi vt accendatur?* veni in terrã cordis mei, & accende in ea diuini tui amoris ignem: fouens illum tua præsentia, vt semper ardeat. O Deus immense, *g cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem.* *g Isa. 31. 9.* Nam intra Ecclesiam tuam manes in hoc Sacramento, tanquam caminus, emittens flammam ignis cœlestis; accende frigidum cor meum, vt te feruenter diligat in sancta Sion Ecclesiæ militantis, donec fruar te in Ierusalem Ecclesiæ Triumphantis in æternum. Amen.

## CAPVT XVII.

**Q**UOD **MEDITATIONE**  
 mysteriorum Seruatoris nostri adiun-  
 genda sit mortificatio, & imitatio: in  
 quibus tribus actibus consistit man-  
 ducatio spiritualis, quæ dispositio  
 est ad Sacramen-  
 talem.



**S**UPEREST nunc, ut disposi-  
 tionem explicemus, quæ coe-  
 lestis hic cibus sit sumendus  
 quo vnionem illam conse-  
 quamur, ad quam dirigitur:  
 simul verò explicabimus ea,  
 quæ Meditationi mysterio-  
 rum Seruatoris nostri sint addenda.

**P**RO cuius rei intelligentia præmittendū  
 est, quod Christus D. N. in solemni illo ser-  
 mone, quo diuinum hoc Sacramentum pro-  
 misit, tres manducationes mysticè valdè con-  
 iunxit. **Primam CORPORALEM** panis,  
 quæ nutrit Spiritū: de qua dixit: *a ego sum pa-  
 nis vita, qui venit ad me non esuriet, & qui  
 credit in me, non sitiet vnquam.* **Secundam,**  
**SACRAMENTALEM** ipsius manducatione,  
 licet panis vini quæ accidentibus tecti, de qua  
 dixit: *qui manducat meam carnem, & bibit  
 meum sanguinem habet vitam aeternam: in*  
 quo

**DUX SPIRITUS**  
**P. DE PONTE**

quo nobis insinuauit: primam manducationem esse medium ad declarandam secundam: & hanc esse dispositionem ad fruendum utiliter tertia. Quemadmodum enim corporalis manducatio tres præcipuos actus habet, conterere scilicet & comminuere cibum inter dentes, & eundem naturali calore conuertere in sanguinem: ac demum in substantiam ipsius comedētis perfectā similitudine transformare: ita spiritualis manducatio tres alios actus complectitur, **MEDITATIONEM** scilicet, **MORTIFICATIONEM**, & **IMITATIONEM** perfectam: quæ refert Spiritus sanctus per Salomonem dicens: *b quando sederis, ut comedas cum principe, diligenter attende. quæ apposta sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo: si tamen habes in potestate animam tuam, ne desideres de cibus eius, in quo est panis mendacij.* quæ verba intelligunt de cœlesti hoc conuiuio insignes duo Ecclesiæ Doctores, sanctus videlicet Ambrosius & Augustinus, sequentes translationem septuaginta interpretum, quæ sic habet: *si sederis cenare ad mensam potentis, considera intellige quæ apponuntur tibi: & sic mitte manum tuam: sciens, quod te tale oportet preparare.* Quis est princeps hic potens, qui ad inam nos mensam inuitat, nisi **IESVS** Christus Dominus noster princeps pacis & **potens in opere & sermone**? & quæ est ipsius mensa; nisi diuina scriptura, sacrum quæ Euan-gelium: vbi eius mysteria sunt notata? &

*b* Prou. 23. 1.

Lib. 1. offic.  
c. 13. Tract.  
47. & 84. in  
Ioan.  
Vide Ianfen  
in Prou. 23.

*c* Act. 24. 15

mensa

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

mensa sanctissimi Sacramenti, in qua summam eorum exposuit? Ad eam te mensam inuitat, quando desideria inspirat legendi & orandi, aut affectum communicandi; ad quod cum accedis, persuadeas tibi, te non venire, vt solus comedas, sed vt *comedas cum Principe* isto potente: qui tanquam testis assistet eorum, quæ facis, & tanquam adidem adiutor, cum quo loquendum tibi, sermonesque miscendi sunt, dum comedis. vult autem, te *sedere*, & non stare, vt intelligas hanc spiritualem manducationem non cliffim aut obiter, sed ex instituto & cum mora sumendam.

§. I.

*De Consideratione.*

*Diligenter attende. Considerans intellige.*

*Serm. i. de Natiuit & S. Andree. S. Martino & alibi.*

**P**RI<sup>M</sup>VS actus spiritualis huius manducationis est Consideratio & Meditatio eorum, *qua tibi apponuntur*: quæ attenda esse debet, absque distractionibus; ac diligens, sine torpore; & profunda, donec assequaris ac penetres omnia, quæ sunt coram te: & nominatim quæ *apponuntur tibi*. Nam in cœlesti hac mensa (vt optimè perpendit sanctus Bernardus) idem euenit: quod in conuiujs principum, in quibus duo sunt generarum. Nam quædam cedunt in vtilitatem ac delectationem conuiuarum, quales sunt cibi delicati, vinaque pretiosa: alia solum ad manifestandum inuitantis principis magnitudinem, qua-

lia

ha sunt aurea & argentea vasa, in quibus cibis & potus apponuntur.

Et quemadmodum rudis & inurbanus iudicaretur, qui de cibis apposis ad comedendum, gustare nollet; ita haberetur fur & impudens, qui sibi acciperet aurea vasa, in quibus tibi essent positi. ita enim Ioseph fratres suos, ingratitude arguit, cum finxit illos *a furatos esse scyphum argenteum, in quo & ipse bibebat*, & illis haustum dederat. In hunc ergo modum, in mensa sacri Euangelij, & huius diuini Sacramenti duo proponuntur, virtutes scilicet & prodigia: & vtraque sunt profundè consideranda; aduertendo virtutes proponi tanquam cibos, vt eas comedas tibi que concorpores, faciasque tuas proprias per imitationem. At prodigia & opera stupèda, solum sunt tanquam vasa pretiosissima, ad manifestandam Dei magnitudinem & maiestatem, ad recreandum spiritualem animi aspectum; & vt maiori tua delectatione & suauitate ad virtutes afficiaris, quæ tot rebus stupendis inferuntur, tibi que proponuntur. Qui itaque auderet, velle imitari miracula, superbus iudicaretur, ac temerarius: Christus. n. Seruator noster dixit: *b Discite à me, non mortuos suscitare, aut visum cæcis tribuere, sed mites esse ac humiles: quia ego mitis sum & humilis corde.* Et quoniã non omnia opera virtutũ & præcipuè externa omnibus conueniunt, attentius tibi consideranda sunt, *qua apponuntur tibi*: sed quod illa sint tuæ necessitati, desiderio,

*a Gen. 44. 5.*

*b Mat. 23. 29.*

pro-



proprioque tuæ vocationis fini, magis acco-  
modata, quæ propterea diutius tibi sunt ru-  
minanda, vt magis tibi profint. Cibus enim  
etiam valdè pretiosus, si deglutatur integer  
nec ad eò benè sapit, nec ad eò prodest; atque  
comminueretur, & cum mora traiceretur.  
Quamobrem, cùm Deus D. N. guttar spòla  
laudaret, ait de illo, quid esset cicut vinum o-  
ptimum, dignum dilecto meo, eo videlicet, qui a  
me diligitur, ad potandum, labijsq; ac denti-  
b; illius ad ruminandum. hac sententia significas,  
officium munusque iusti contemplantis, esse  
meditari, lenteque ruminare mysteria ac vir-  
tutes dilecti sui IESV. omnia enim sunt instar  
vini, dignissimi quòd eius amici bibant, non  
festinanter haurient es, sed lentè valdè degu-  
stantes, seque oblectantes, quasi relingentes,  
cogitando de eisdem. ne autem existimes, ex-  
ercitium hoc solum ad feruentes pertinere, a-  
lia ait eiusdem loci versio, quod illud vinum  
fit commouens labia senum. quo significat, què  
admodum senes, eo quod sint complexionis  
debilioris, frigidi, ac melancholi, vehementer  
delectantur vino, quod illos confortet, cale-  
faciat, & exhilaret: ita qui aduertunt, se in spi-  
ritu ita consensuisse, vt debiles, frigidi ac tri-  
stes sint redditi, maiori cura studere debent.  
lentius degustare cœleste hoc vinum, quòd vi-  
res illis adferat, contra imbecillitatem, fer-  
uorem, contra tepiditatem; & hilaritatem  
contra tristitiam. amplectere igitur consilium  
Spiritus S. cùm ad cœlestem eius mensam ap-  
des.

c. Cant. 7. 9.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

§. I. DE CONSIDER. ET MEDIT. 777

des, ac diligenter attende quæ tibi apponuntur: distinguendo virtutes à miraculis; & in his lauda, & admirans glorifica omnipotentiam, ea patrantis; & introspice virtutes in eis contentas, tibi quæ manifestas: ex quibus & ex alijs faciens quasi mixturam, & massam quandam extolle bonitatem, splendens in Domino, in quo illæ sunt: attende autem, & perpende nominatim quæ apponuntur TIBI, ut eas tibi ipsi concorpores.

§. 2.

*De Mortificatione.*

EODEM spectat secundus actus spiritualis huius manducationis, MORTIFICATIONIS scilicet, cuius causa adiecit Spiritus S. postquam attenderis, quæ apponuntur tibi: *statue cultrum in gutture tuo.* quis enim hic culter est, nisi *mortificatio* & discretio qui guttur debet transfigere, quod est gustatus & sermonis instrumentum, eò quod meditatio debeat secum penetrantem ad eò ferventemque; mortificationem, sed discretam tamen adhibere, ut vitam omnem carnalem, & eius inordinatas appetitiones, rerumque sensualium delectationes, inania verba; & reliqua omnia, quæ rebellis carnis sunt fomenta, trucidet, ac mactet. absque hac enim mortificatione, virtutes non poterunt ad animam penetrare; neque earum imitatio poterit exerceri. Et quemadmodum cibus, postquam est in ore comminutus, non prius potest ad omnes

corporis partes peruenire, quam sit bene coctus, dissolutus, & conuersus in sanguinē, ita etiam postquam intellectus meditatus est horum mysteriorū veritates, mittit has ad voluntatem, vt eas concoquat, deuotionis & affectuum calore: qui affectus conuertendi sunt in sanguinem mortificationis, sinque ipsius abnegationis, sine qua non potest perfecta, cum ipso Deo Seruatore nostro similitudo obtineri. Ideo enim ipse dixit: *a si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.* ita significans, abnegationem aditum esse, ac transitum ad imitationem, pretiumque, quod perfecta sanctitas comparatur. Quamobrem sanctus quidam Abbas, quem refert S. Dorotheus, dicere consueuerat: *da sanguinem. & accipe spiritum.* eò quod expensis mortificationum virtutes comparantur. Quod si verum est, & ipsa experientia docet, quamcunque humanam scientiam, sanguine, hoc est labore & importunitate comparari; quid mirum, quod scientia spiritus sanguine abnegationum sit comparanda? resistendo scilicet peccato, prauisque carnis pro-  
pensionibus, etiam vsque ad sanguinis, si opus erit, effusionem, vt omnia vincantur? Quod si attentius consideres, quæ tibi in his mensis & in omnibus earum mysterijs proponuntur, non tibi erit graue, statueret cultrum hunc in gatture tuo. statim enim proponi tibi videbis continuam mortificationis exercitationem, quam ipse noster Princeps, quite inuitat, adhibuit.

Mat. 6. 24.

erm. 20.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

buit. is enim transfixum semper in anima tua  
habuit hunc cultrum, donec in cruce totum  
sanguinem, remedij tui causa effudit, iuxta æ-  
terni patris sententiam dicentis: *biframea su-* b Zach. 13. 7.  
*scitare super pastorem meum: & super virum*  
*coherentem mihi.* O animarum pastor, vir  
Deo in unitate personæ unitus, adde mihi ex-  
emplo tuo spiritum; ad statuendum in anima  
mea cultrum mortificationis, qui tuam trans-  
fixit: ut mundo mortuus, vitam, sicut oportet,  
in tuo conspectu.

NON est tamen sola mortificatio, quæ com-  
itari debet meditationem, cum dicitur no-  
bis, ut accumbentes mensæ, *statuamus cultrum*  
*in gutture nostro.* monemur enim etiam in ea-  
dem ipsa oratione & meditatione, cum res  
coelestes sentiuntur & delibantur: cum dul-  
cia colloquia cum Domino miscentur, cultrū  
statuere mortificationis & discretionis, ne  
spiritus noxia aliqua nimietate aberret, vel  
proprie amor spiritualibus ipsis deliciis fo-  
ueatur, dum plures illæ sunt, quam ipsi cibi,  
qui sunt ipsæ virtutes; & dum ipsæ virtutes  
queruntur propter delectationes earum; aut  
dum loquimur nimium & parum cautè & irre-  
verenter coram Principe, qui nos inuitat, in  
cuius conspectu decet nos, tanquam cultrum  
ad guttur habentes, tremere: ne fortè nobis  
eveniat, quod illi alteri coniuæ, qui re-  
pentè & ignominiosè fuit ex conuiuio nuptia-  
li erectus, eo quod *c nuptialem vestem non ha-* c Mat. 22. 11  
*beret.*

N O T A.

| Luc. 3. 9.

Cogita ergo quoties ad orationem vel communionem accedis, tam *decurim ad radicem arboris esse positam*: gladiumque diuinæ iustitiæ esse nudatum, teque habere cultrum iam ad guttur & ipsam mortem ante oculos tuos; ac forte eam ipsam diem fore ultimam: hoc enim totum iouerit te, ad feruenter illud opus præstandum, coniungendo amori timorē ut alter suppleat, quod alter non poterit. est enim hoc totum necessariū ad tantū animam induendum, ut cultrum hunc contra teipsum arripias neque enim sine causa Spiritus S. adiecit: *sit amen habes in potestate animam tuam*, ut scilicet attendas diligenter, num tantas vires habeas super animam tuam, ut statuere possis de ea, quod velis; & efficere, ut in omnibus tibi pareat; quæ illi mandaueris: licet expendenda sit vita, ne amittatur gratia.

§. 3.

*De Imitatione*

**P**OST Mortificationem sequitur actus tertius, scilicet *IMITATIO*, qua virtutum cibus, quem intellectus est meditatus, & voluntas (ut dictum est) acceptauit. incorporatur animæ exercitanti feruentissime internos suos actus; & efficaciter statuenti, etiam externos exercere, conformiter ad exemplar, quod sibi propositum habet. Quemadmodum enim sumptus coctusque iam cibus, & in sanguinem conuersus, spargitur per omnes corporis venas, magnaque similitudine in  
cuius.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

cuiusque partis substantiam conuertitur, & u-  
 nitur animæ partes omnes uiuificanti: ita ue-  
 ritates attentè consideratæ, & mortificatio-  
 nis proposita, quæ inde nascuntur, spargun-  
 tur per totum corpus virtutum, ita ut imitatio  
 humilitate exerceat actus humiliationis; pa-  
 tientia actus tolerantia; obedientia, actus  
 subiectionis: ut anima coniungatur spiritui di-  
 uino, omnes illas actiones uiuificanti, ut ipsi  
 placeant. Quamobrem dixit S. Bernard quod  
 in oratione bibatur vinum spiritus inebrians,  
 & obliuionem afferens voluptatum omnium  
 carnis; idem que emolliat interius conscien-  
 tiam, adiuuet concoctionem, digestionem que  
 cibi bonorum operum; digerat que per omnes  
 animæ facultates, fidem confirmans, spem cor-  
 roborans, a ordinans charitatem: & bonos  
 mores perficiens; & propterea fortè loquens  
 Sponsus de vino, quod eius dilecti essent gu-  
 laturi, ait iuxta aliam versionem: *vadens di-*  
*recto meo in rectitudines, seu vadens ad dilectum*  
*meum directè:* quod scilicet recta ingrediatur  
 in dilectum suum, efficiens intra ipsum dire-  
 ctiones, aut rectitudines, dirigit enim regit-  
 que omnes potentias, & animæ virtutes, ut  
 recta proprium suum finem obtineant In quo  
 statim apparet discrimen corporalis vini ab  
 spirituali, illud enim curuat, quod est rectum;  
 hoc, quod est curuum, rectificat; illud sensus  
 obtundit, hoc clarificat; illud linguam soluit,  
 ut sine attentione & iudicio loquatur; hoc  
 eam dirigit, ut loquatur sicut oportet. deniq;

Serm. 18. in  
Cant.

a Cant. 2. s  
v de iitel  
m. num.



pretiosum hoc vinum dirigit proprium iudicium, ut se alieno subijciat; & voluntatem propriam, ut se addicat divinæ (& ipsos appetitus, ut rationi pareant: & omnes gressus motusque hominis externi, ut conformiter incedant ad hominem interiorem, & uterque conformet se nouo homini, Christo I E S U, qui prima est regula, & amissis totius rectitudinis, quem propterea par est omnes imitari.

A D idem pertinet, quod adiecit Spiritus sanctus, monens eum, qui accumbit mensæ potentis, manumque extendit ad cibos: *sciens (inquit) quod te talia oportet preparare:* quasi diceret, attende, quod lege gratitudinis teneris inuitantem te reuirtas ei que similes escas proponere ijs, quas ipse tibi proposuit, iuxta facultates tuas. & cum Christus Dominus noster te inuitet, offeratque ferculum cum exemplo suæ humilitatis, obedientiæ & charitatis, reliquarumque virtutum, debeas tu & illum inuitare tuis virtutibus, propositis, earumque actionibus & exercitijs. Hic enim est cibus, quo supremus hic princeps oblectatur. Et cum ad orandum & communicandum accedis, optat ipse hoc sibi conuiuium exhiberi, ut comedat tecum de illis, quæ tu ei obtuleris. Propterea siquidem dixit in Apocalypsi: *b si aperueris mihi ianuam intrabo ad te, cenabo tecum, & tu uicium tu sumas gratias & dona, quæ tibi concedet affectusque, & vires quas magnalijs eius meditan-*

b Apoc. 3. 20.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

ditandis accipies. Ille verò acceptabit effi-  
 cacia tua proposita illi feruendi; feruentef-  
 que actus, quos in eius presentia exerces, &  
 quemadmodum tu pascaris verbis, quæ ab i-  
 plo audis: ita vicissim ipse recreatur verbis,  
 quæ tu profers, cum oras, cum ipsum laudas,  
 gratiasque pro eius donis agis. Sic finitur  
 perfecta spiritus manducatio, cuius perfectus  
 cibus non est meditatio absque mortificatio-  
 ne, & imitatione. Soli enim discursus instar  
 sunt manducationis, quæ euenit in somnijs,  
 de qua dixit Isaias: *sic somniat esuriens, &* c. Isa. 29. 8.  
*comedit: cum autem fuerit expergefactus,*  
*vacua est anima eius. & sicut somniat sitiens,*  
*& bibit: & postquam fuerit expergefactus,*  
*lassus adhuc fit, & anima eius vacua est,*  
 sicut antequam somniaret: ita eadem anima  
 debilis manet, ac inanis post ipsos discursus,  
 sicut erat ante eos. Quia non accepit verum  
 cibum cordis, de quo dixit Christus Dominus  
 noster *d cibus meus est, vt faciam voluntatem* d Ioan. 4. 34  
*eius, qui misit me, vt perficiam opus eius.* quasi  
 diceret, cibus meus non solum est, vt cognos-  
 scam voluntatem patris mei; sed vt illam fa-  
 ciam: nec solum nutrior ex hoc quod meam  
 abnegem voluntatem, hoc solo nomine, quod  
 illam abnegem: sed vt faciam voluntatem eius  
 qui me misit; studendo in hoc progredi, donec  
 voluntas mea in hac actione conformis om-  
 ninò sit eius voluntati.

o Saluator dulcissime, concede mihi sem-  
 per hunc cibum, vt spiritus meus illo semper



iuuetur atq; foueatur, manducet meus intellectus panem meditationis, vt voluntas mea panem comedat mortificationis; totaque anima mea pane imitationis vescatur, vt & tu eum cibum comedas, quo delectaris, procurate me tibi placere in omnibus, quæ mihi facienda præscribis.

§. 4.

*De preparatione ad sacram Communionem.*

**E**X prædictis deducere licebit: perfectam ad Sacramentalem Communionem preparationem consistere in his tribus spiritualis manducationis actibus hæctenus positis.

I.

PRIMUM in meditandis sanctissimi huius Sacramenti magnalijs, quemadmodum in præcedentibus capitibus est dictum: quod excites in anima tua magnam æstimationem & famem illud recipiendi, ei similem, quam ipsemet Dominus habuit in ipsa nocte, qua illud instituit, dicens Apostolis suis: *a desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* O Saluator mi, tu ipse aperi, quam fuerit magnum, quamque antiquum desiderium; & cur ad finem vsque vitæ illud implere distuleris? desiderium (inquit) meum æquè antiquum est, atq; ego. Nā ab ipso meæ incarnationis instanti, vidēs me posse in forma cibi cū electis meis coniungi, id max eodem feruore desideravi, quo me ad mortem

pro

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

pro eis subeundam obtuli. Et quamuis desiderium illud semper fuerit continuatum; distuli tamen illud explere ad finem vsq; vitæ meæ; vt hinc tu discas, benè collocatos cenferi debere triginta tres annos feruentis desiderij, & præparationis, vt vel semel frui liceat hoc ipso cõuiuio, quod si sæpius fiat, ita semper fieri debet atque si tunc vltimo esset sumendum pro viatico ad æternam vitam. quod vt impetres, meditari oportet heroicis mortificationes ac virtutes, quæ in eodem Sacramento resplendent: exacuendo famem ac desiderium, vt ipse Dominus te disponat ornetque similibus alijs: De ipso enim dicitur *b inclinauit cælos & descendit, & caligo siue nubes sub pedibus eius.* b Psal. 17. 10.

Quid est inclinare suos cælos, nisi communicare hominibus gratias virtutesque cœlestes? quæ veluti humiliatæ sunt & abiectæ, quando in vilibus nostris cordibus habitant. At eius humiliatio, nostra est exaltatio: quia nos transferunt è terra in cœlum, cum ijs ornamentis, quæ habent Spiritus beati. Tunc enim descendit Christus Dominus, noster vt recipiatur in nostris animabus, quæ instar sunt cœlorum, quamuis obrectus veniat nube huius Sacramenti. Eius enim aduentus, quasi obiter fit, ad visitandos eos, qui peregrinantur cum obscuritate fidei, donec perueniant ad claram gloriæ eius visionem.

SE D quoniam apta præparatio non in solis meditationibus, ac desiderijs consistit, coniungendus est secundus actus, mortificando

scilicet quicquid vitiosum atq; imperfectum est, quod te possit tali conuiuio indigna reddere: præcipuè verò arripiedus est culter mortificationis, & transfigendus per guttur, quod organum est & instrumentum ad manducandum, & loquendū: ita vt illa die refrenes compescasque inordinatas appetitiones ciborum, & colloquiorum terrenorum. Cum enim Christus D.N. per tuam linguam & guttur sit transiturus, non decet aliquid exisse aut intrasse per illud, quod maculet animam tuā. Et propterea fortè Spiritus S. adiecit, *ne desideres de cibis eius, in quo est panis mendacij.* non enim benè se cōpatiuntur duo desideria, duæq; fames adedò contrariæ, qualis est fames ciborum principis cœlestis, cuius panis est veritas & Sanctitas; & fames ciborum principis huius mundi, cuius panis est mendacium & malitia. & si hanc famem mortificaueris, statim altera reuiuiscet, & augebitur, efficietque vt prostr tibi manducatio comedenti diuinum hunc agnum, vt ait Apostolus, *cum a-*  
*zymis sinceritatis & veritatis*: cum anima scilicet pura absque d *fermento* corruptionis. plena synceritate in affectibus, & in sensib. veritate. Et quoniam synceritas hæc & veritas p- cipuè consistit in altitudine & puritate actionis, qua ad communicandum accedis, expedit perfectissimam illam procurare. Aduertesigitur, (vt ait Sanctus Bonauentura) octo fines siue motiua posse nos ad communionem per- mouere. *Quosdam* enim impellit experientia  
 infirmi-

e 1. Cor. 5. 8.

d Exod. 12. 15

Procef. 7. Re  
lig c. 22.

LDUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

infirmorum suorum spiritualium, ut aduocet  
 ad suam domum caelestem medicum qui ab  
 eis illos eripiat. *Alios* ipsa priorum pecca- 2.  
 torum conscientia urget, ut aeterno Patri sa-  
 crificium offerant, quo placatur; & satisfacti-  
 onem, quae pro eis illi debetur. *Alios* ipsa an- 3.  
 gustiae magnae alicuius tribulationis, aut ten-  
 tationis, ad communicandum inducant, ut hic  
 Dominus, qui omnia potest, ipsos iuuet, suaq;  
 praesentia protegat. *Alij* accedunt ad commu- 4.  
 nionem cum feruenti desiderio, gratiam ali-  
 quam aut beneficiu, ab aeterno Patre impetra-  
 di adhibentes aduocatum aut intercessorem e-  
 um, cui pater nihil possit denegare. *Alij* acce- 5.  
 dunt cum Spiritu gratitudinis, ob accepta be-  
 neficia, offerentes Deo calicem hunc Salutaris  
 quo suam gratitudinem protestentur. *Alij* cum 6.  
 Spiritu laudis, ad honorandum Deum, eiusque  
 Sanctos, dignissimam hanc hostiam offerentes, ad  
 illorum gloriam. *Alios* excitat charitas in proximos, 7.  
 siue viuos siue vita functos, quos cupiunt iuuare  
 sanguine Christi Iesu, qui est efficacissimus ad vi-  
 uos a suis peccatis: defunctos vero a penis, quas 8.  
 pro suis sustinent, eruendos. *Alios* deniq; trahit  
 amor Dei optantes a suo dilecto saepius visitari,  
 quo illum secum habere, & ex intimo cordis am-  
 plecti, eidemq; cordali vnitione charitatis vniri  
 possint: eo quod in eo solo inueniant quic-  
 quid eorum Spiritus desiderare potest, iuxta  
 illud S. Ambrosij: *Christus nobis omnia est.* si lib. 3. de vir-  
 cupis tua vulnera curari, ipse est medicus; si gia. post  
 concupiscentiarum febribus aestuas, ille est med.  
 fons;

fons; si es peccatis onustus, ille est iustitia; si auxilio indiges, ipse est fortitudo; si mortem times, ipse est vita; si cupis cœlum, ipse est via; si tenebras fugis, ipse est lux si desideras nutrimentum, ipse cibus est; *e gustate & videte, quoniam suavis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo*, spiritumque suum cum adœd dulci Redemptore coniunxit. O Redemptor mi, & omnia mea: Si te habeo, quid amplius volo? si tibi sum vnitus, quid amplius desidero? Nunc licebit mihi dicere cum Sponsa *f botrus cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi* Quid habet Insula Cypri remota cum Engaddi quæ est in tribu iuda, prope mare mortuum? quod si interiora huius Sacramenti inspicio, dilectus meus est botrus omnino cœlestis, densus valde, plenusque vuis dulcissimis virtutum dotiumque præstantissimarum: quod si exteriora aspicio, est fructus, qui in terra nostra inuenitur ad nutritionem, salutem, lætitiã, & vitam eorum, qui eius nomen confitentur, peccato verò sunt mortui. Engaddi significat fontem hædi. & oculum tentationis: dilectus autem meus fons est, quo mea lauantur peccata, in quo omnes cupiditates meæ suffocantur; in quo omnia mea bona desideria explentur: est oculus ille, qui me dirigit, iuuatque in tentationibus, & ab omnibus periculis eruit. Quis mihi det, vt omnes culpæ meæ in præclarissimo hoc fonte lauetur? quò dignè liceat diuini huius botri vvas comedere, cœlestique vinum haurire, ac dulcedinem delibare: quam sibi seruentibus in

terra

e Psal. 33. 9

f Cant. 1. 14.  
s Hier de locis  
Hebraicis  
611:DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

terra communicat, vt cum feruore progrediantur, ad fruendum ea, quam abundanter comunicat ijs, qui habitant in cælo, ipsi correptantes in Aeternum Amen.

CAPVT. XVIII.

DE CHRISTI DOMINI NOSTRI cognitione iuxta gloriosum statum, quem habet in cælo Empyreo, & officiis praeclaris, quæ illic erga nos exercet.



**A**D INTEGRAM & perfectam Christi Domini nostri cognitionem illud solum nunc est reliquum vt eum consideremus in statu illo glorioso, quem post suam resurrectionem est consecutus, & nunc in Empyreo cælo possidet, sedens ad dexteram patris, possidens optimam eius gloriæ bonam; ex qua cognitione consequemur plerumque quod dixit Apostolus. quod a reuelata facie gloriæ Domini in speculantes, in eandem imaginem transformamur. quæ autem est gloria Seruatoris, nisi quam ipsemet explicuit: b hæc oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam? Non est ingressus hic Dominus in gloriam animæ, per passionem: quia ab instanti suæ conceptionis eam habuit, sed ingressus est in gloriâ corporis

a 2. Cor. 3. 18.

b Luc. 24. 26

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

corporis, quæ data est illi post resurrectionem & in throno gloriæ, quam habet in cælo Empijreo, quò peruenit in die Ascensionis suæ.

Med. 52 par. 6  
puncto. 2.

HÆC gloria consistit in quatuor gloriosissimis dotibus, quibus sanctissimum corpus suum exornauit, CLARITATE videlicet miles maiori, quàm sit sol, IMMORTALITATE, vt nunquam amplius moriatur; IMPATIBILITATE, vt nõ sit capax vilius passionis; AGILITATE, vt eat quocunque voluerit absque defatigatione, & summa velocitate; SVBTLITATE denique aut Spiritualitate, viuens in carne non subiectus tributis carnis, sed ab eis exemptus, quemadmodum viuit qui est purus Spiritus. Hæc est gloria, quam ostendit in monte Thabor suis

in Matt. 17. 1.

discipulis, cum *resplenduit facies eius sicut Sol; vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut vix.* & quamuis Sanctus Petrus minimam eius partem tantum videret, adeò tamen ea visione satiatus est, atque si nihil amplius haberet, quod in hoc mundo videret aut desideraret. Quid autem fecisset aut dixisset, si eam plenè vidisset, quemadmodum eius Magister nunc eam habet in cælo? Si vel vnica tantum gutta eius gloriæ pergustata, tanto affectus est fastidio omnis rei creatæ, quid fecisset, (ait Sanctus Augustinus) si ingressus fuisset in abyssum gaudij Domini sui, ac bibisset ex copiosissimo dulcedinis eius lumine? O Saluator dulcissime, concede mi-

in Soliloq  
e. 2.

hi Spiritu

ni Spiritu intrare in cœlum istud Empijreum,  
& appropinquare diuino tuo throno, glori-  
amque tui glorificati corporis contemplari, vt  
transformer in imaginem gloriæ, quam illa  
repræsentat.

## §. I.

**A**B HOC desiderio auspicanda est tibi  
hæc meditatio, memora illius quod di-  
xit Apostolus: *a si surrexisti cū Chri-  
sto, quæ sursum sunt quaerite, vbi Christi est in dex-  
tera Dei sedens.* quibus verbis significat, oportere  
te resurrexisse cū Christo ad nouam vitam, si  
velis eum contemplari, sicut est in gloria sua. ita  
vt particeps fias gloriosæ figuræ Christi resus-  
citati; ac proinde oportere te transiisse per  
meditationes Christi crucifixi ac mortui, cum  
virtutum eius imitatione. propterea si quidem  
sponsa prius dixit: *fasciculus myrrhæ dilectus  
meus mihi.* & mox adiecit, *botrus cypri dilectus  
meus mihi:* significans (vt Sanctus Bernard. de-  
clarat) quod qui fuit fasciculus myrrhæ in pas-  
sione, excitans eam ad considerationes & affe-  
ctus valde amaros: idem postea fuerit botrus v-  
narum in resurrectione, impellens eam ad con-  
siderationes, & affectus valde dulces. Siquidẽ  
ergo botrus hic diuinus tibi proponitur tanq̃  
iudicium fertilitatis promissionis terræ ater-  
næ, quam speramus, non decet integrum de-  
glutire, quia non percipies eius dulcedinem  
sed singula grana; perpendendo videlicet

Colos. 3. 1.

b Cant. i. 13.  
14. Ser. 4. 4.  
in Cant.

Num. 13. 28.

leorfm



I.

e Isa. 53. 2.

d 1. Petr. 1. 12

e Cant. 5. 10.

seorsim singulas eius gloriæ dotes. Intuere ergo primum pulchritudinem, CLARITATEM, & splendorem diuini illius corporis, quod fuit aliquando deformatissimum & abiectissimum totius mundi, adeo ut eius Prophetæ dixerit: *non est species ei neque decor. & vidimus eum, & non erat aspectus: & desideramus eum despectum & nouissimum virorum.* O facies pulcherrima & speciosissima d in quam desiderant Angeli prospicere. Nam licet semper te aspiciant, numquam tamen aspiciendo satiantur; gaudeo de ista pulchritudine, quæ es prædita, & quæ ita illos ad te allicis. O anima mea, si daretur tibi; speciosissimam diuinæ huius faciei formam intueri, inuenires procul dubio in ea plurima dignissima, quæ videntur; licet non omnia posses comprehendere: O sponsa Regis æterni, quæ eius pulchritudinem vidisti, dic mihi *qualis est dilectus tuus*, ut cor meum desiderio eius videndi accendatur: quid de eius capite, quid de coma, quid de oculis, maxillis, labijs, & manibus eius dicis? *dilectus meus*, inquit, *candidus & rubicundus electus ex millibus*, quicquid habet præstat omnibus, quæ omnes Creaturæ habent: omnis pulchritudo siue in cælo, siue in terra tanquam nihil est, comparatione eius. & omnis similitudo; quæ ex eis potest adhiberi, valde humilis est & abiecta. Si enim dico, caput eius, esse tanquam aurum: comas, sicut elatas palmarum: oculos sicut columbas, quæ lacte sunt lotæ: labia, sicut lilia: genas, sicut granata:

manus

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

manus sicut sapphiros: adeo quæ ipse habet his omnib. præstant, ut hæc dicendo, quasi nihil dici videatur. O Rex gloriæ, gaudeo quod sit tanta tua pulchritudo, tuæq; claritas; ut nihil omnino sit quod plene possit illud exprimere? o speciosissime super omnes filios hominū, compatere magnæ meæ hereditari. *Speie tua & pulchritudine tua intende prosperè, procede & regna.* tua est omnis pulchritudo, & à te pcedit mea. Per eā quæ in te est, supplex oro, ut eius me facias participem, eandē mihi radio aliquo tuæ lucis manifestando, ut eam cognoscā & amem: incipe & prosequere in me, tuæ redemptionis opus, amorē tuo me dirigens, donec perueniam ad tui regni magnitudinem intuendam; *g Teq; Regem in decore tuo videndum.* Amen.

f Psal. 44. 4.

g Isai. 33. 17.

2.  
b Cant. 15. 42

i 1. Rom. 6. 9

HINC pergere poteris ad considerationem aliarū dotium gloriæ perpendendo quæ dixit Apostolus in hunc finem: *h quod in hac vita seminatur*, in futura colligi, & qualis est sementis, talem futurā messem: & quoniam sementis Christi D.N. fuit in magna ignominia, messis fuit in magna gloria. Omniū Saluator, quid dicere poterō de ijs, quæ in tua passione seminasti, & in resurrectione collegisti; & quibus nunc in tuo regno frueris? seminasti in sepulcro corpus tuū mortale, per mortem amarissimam: resuscitasti verò illud immortale, ut nō amplius *immoriatur*, sed viuat semper vitam gloriosissimā; seminasti illud patibile, tormentis & cruciatib; plentū: sed surrexit impatibile, plentū summis gaudijs. seminasti illud deformatū,

Dux spirit. Tract. II.

D d d graue

graue milleq; afflictionibus affectum: surrexit pulcrū, agile, & ab omnibus laboribus expeditum. Seminasti carnis miseris subiectū, & prodiit cum nobilitate & subtilitate Spiritus. *O granum frumenti quod k cadens in terrā mortuū fuit, ut multum proferres fructum,* generans multa alia grana, in donis & gratia tibi similia, doce me hāc sementē, sicut tu fecisti, in situere ut fructum ex ea colligam, quē tu collegisti.

1 Ioan. 12. 24

3.

QVOD si scire velis huius considerationis fructum: id fiet transformando tuū Spiritum, in imaginē Christi glorificati, ita ut sis per gratiā pulcher; per fidem splendēs; immortalis per constantiam & perseuerantiā in conseruanda vita charitatis; impatibilis per talē tuarum perturbationū mortificationem, ut liberet te ab omnibus spiritualib. infirmitatibus; agilis ob promptitudinē, & velocitatem in obedientia omnium diuinorū praeceptorū, Deiq; consiliorum, ac inspirationū. Ac deniq. subtilis & spiritualis cum pleno tuę carnis dominio, ut ab eius impedimentis expeditus, ascendere possis ad tuam conuersationem in cœlis habendam. Et tunc licebit spem concipere colligendi eos fructus corpori tuo, quos Redemptor suo collegit: dicens cum Apostolo: *1 Saluatorem expectamas D. N. Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrę configuratum corpori claritatis suę.* Nam ex transformatione Spiritus sequetur suo tempore transformatio etiā corporis; imitando (ut ait S. Greg.) ex nunc spiritualiter, quod obtinebis in resurrectione corporaliter.

Phil. 3. 20.

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

poraliter vt tu quoq; tanquam eius *dilectus* sis  
per imitationem *botrus cypri in vineis Engaddi*, m Cant. 1. 14  
ducens Spiritu vitam quandam coelestē, qualē  
ille in cœlo habet, licet corpore sustineas mi-  
serias terrenas.

## §. 2.

**N**E tamen existimes, quamuis Christus  
D. N. in cœlo Emphyreo sedeat in thro-  
no suo, requiescens iam à præteritis la-  
boribus, eorūq; fructu in suo naturali corpo-  
re gaudens, eum propterea prætermittere præ-  
clarissima officia, in vtilitatē corporis sui my-  
stici, Ecclesie, videlicet, & congregationis fide-  
lium, & electorum suorum. Neq; .n. vel ad pū-  
ctum ibi manet otiosus, sed semper attentus &  
occupatus, absq; vlllo tamen labore, aut mole-  
stia, sed summa potius oblectatione & quiete.

PRIMUM enim præstat officium Aduocati  
nostri, vt nobis applicet fructum suæ redem-  
ptionis pro nostris peccatis. quemadmodū di-  
xit dilectus eius discipulus: *a si quis peccauerit  
aduocatum habemus apud Patrem Iesum Chri-  
stum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis  
nostris: non pro nostris autem tantum, sed pro o-  
mnibus totius mundi.* Et qualem putas aduoca-  
tum? est sapientissimus, in omnibus nostris ne-  
cessitatib; agnoscendis; prudentissimus in ad-  
mirandis cōsilijs, ac remedijs dandis; strenuif-  
simus in eisdem sollicitandis, nobisq; applicā-  
dis; misericordissimus in commiseratione no-  
strarum miseriarum; & potētissimus in sua ad-  
uocatione, vt nos ab eis liberet. Nam cū ipse

I.

Aduocatus,

et. Ioan. 2. 1.

fit iustus, ipsaq; iustitia, non indiget vt propria  
sua negotia agat; & cum sanguine suo ex iusti-  
tia satisfecerit pro peccatoribus, dum sua vul-  
nera patri ostendit, poteter agit illorum cau-  
sam, ad hoc siquidem (vt ait Apostolus) *b* *ascen-*  
*dit in ipsum celum, vt appareat nunc vultu*  
*Dei pro nobis, viuatq; semper in eius presentia*  
pro omnibus intercedendo. Quod si diuina iu-  
sticia contra aliquem peccatorem irata dixerit  
*ecce anni tres sunt ex quo venio, querens fru-*  
*ctum in ficulnea hac. & non inuenio: succide et-*  
*go illam, vt quid etiam terra occupat: ille par-*  
*tes eius intercedendo agit, & respondens dicit*  
*illi: dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam*  
*circa illam, & aliquod remedium adhibeam, vt*  
videas, an fructum ferat. Est q; a deo potens eius  
intercessio, vt iusticia diuina propter eam, sen-  
tentiam proferre differat, donec fiat experime-  
ntu, eius vero est tanta misericordia, vt p semet  
se occupet in *fodendo & mittendo stercore*  
circa ficum nō pratermittens remedia quæ p-  
desse illi possint. O aduocate dulcissime, & a-  
mabilissime, fateor, me ficulneam esse inuicē,  
ac dignam, quæ malediceretur, & euelleretur  
ex rigore tuæ iustitiæ; sed intercedat pro me  
tua misericordia adhibens mihi remedium qu-  
cunq; conueniens, etiamsi alioquin doleat, vt  
fructum proferam, quem æternus tuus Pater  
requirit, ac desiderat. Amen.

2.

CVM hoc officio quod illi tanquam homi-  
ni conuenit, alterum adiungit Christus D.N.  
quo valde nobis indulget, & licet appellare  
supremi

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

b Hebr. 9. 24

: Luc. 13. 7.

supremi ELEEMOSYNARIi Dei: omnes. n. Eleemosynæ quæ petuntur à patre æterno, per filium petuntur, & per eundem ipse pater eas distribuit, ac proinde ad illud remittit quæcūq; memorialia ipsi offerantur, eò quod omnia posuerit in manibus eius, & oēs benedictiones & eleemosynæ spirituales, quæ de cælo descendunt, per manum IESU Christi descendant, & in pauperes in terra degeres distribuuntur. Ideoq; dicere licet: Christum D. N. in throno gloriæ suæ, sæper recipere memorialia, & audire petitiones, ac distribuere eleemosynas summa liberalitate & misericordia, ut supra est dictum.

Eleemosynarius supremus.

SED eius liberalitas non astringitur ad solas Eleemosynas, quæ petuntur; sed extendit se ad distribuendum, magna effusione oēs gratias & dona, quæ procedunt à Patre luminum, omnesq; benedictiones cælestes, quas constituit suis electis communicare. c. 5. n. (ut ait Apost.) descendunt ad nos per manum IESU Christi, qui ascēdit in altum dedit dona hominibus, singulis distribuendo propriam mensuram, & omnibus communicando varietatem gratiarum: & quod amplius est, etiam ipse mittit supremum omnium donum, quod est Spiritus S. quem admodum super Apost. misit; quod præstat semper officium inuisibiliter omnibus, qui ad illud recipiendum se disponunt; quos etiam iuuat, ut se disponant, mittens innumeram inspirationum multitudinem ad oēs memorabiles affectus, quos per illa operatur.

3. Munerum distributor

d Eph 1:3  
c Eph. 4.8.

4.

PRAETER hæc officia aliud quoq; præstat, quod plurima alia complectitur, supremi scilicet.



DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE

*in*ubernator.

GVBERNATORIS, & capit s Ecclesiæ, Regis, Ducis, & Pastoris totius sui gregis, omnibus assistens, vt oēs adiuuet; eadē ipsorum officia cum singulis præstans. Nam ipse cū pontificibus, suisque vicarijs, officiū facit summi Pontificis, in omnib. quæ illi definiūt, statuūt, & faciunt, quā tales sunt, exequitur officiū Episcopi & Pastoris animarū nostrarum, cum Episcopis & pastoribus earum. Præstat officium sacerdotis, cum sacerdotibus & confessorijs. Nā cum eis offert seipsum in sacrificiū, descenditq; è cælo, vt sit ipsa oblatio; per eos ipse loquitur & cōsecrat, quando dicūt, *hoc est corpus meū*. per eosdē absoluit etiam à peccatis, cū dicunt; *ego te absoluo*. facit officium Concionatoris, cū ipsis Concionatoribus, per quos & ipse prædicat, & loquitur ad cor auditorum. Non. n. tam ipsi loquuntur, quā Spiritus Christi, qui per eos loquitur. Facit officiū Magistri cū Magistris spiritus inspirans eis, quæ docere debeant, & ipsemet per eos illud docet auditores in intimo animæ secreto. Ipse orat cū omnib. qui orant, meditatur & cōtēplatur, eos dirigēs & internè gubernās in sua oratione, & qñdo in aliqua tribulatione & pugna sunt, sicut S. Stephanus, se illis ostendit stātem instar pugnantis pro ipsis, vt ill os pugnantes adiuuet.

*5.*  
*Quæstor' su-*  
*premus.*

Et quid vltra de hoc Dño dicā? præstat quocūq; officiū supremi QVÆSTORIS æterni sui patris. ipsi. n. incumbit, soluere ac remunerare in hac & in futura vita seruitia ipsi præstita,

ipso

ipse est supremus ille f procurator, cui dixit pa  
 ter familias: voca operarios, & redde illis mercedem. iste est Dñs, qui iustos remunerat cū magna  
 abundantia spiritaliū consolationū, & aug-  
 mento gratiarū & virtutū; quibus etiam distri-  
 buis aliquas gratias gratis datas, aliosq; extra-  
 ordinarios fauores. ipse est, qui reddit in para-  
 to g centuplū oīs, qui propter ipsum rebus suis  
 renunciauerint. ipse donum largitur perseue-  
 rantia, distribuitque coronas gloriæ, vt suauis-  
 simè refert Auctor 4. lib. Esd. ex quo ipsa Ec-  
 clesia accipit aliqua verba. hVidi (inquit) in mō  
 te Sion turbam magnā, quam numerare non po-  
 tui, & omnes canticis collaudabant Domnū. Et  
 in medio eorū, erat iuuenis statura celsus, emi-  
 nentior omnibus illis, & singulis eorū capitibus  
 imponebat coronas, & magis exaltabatur: ego  
 aut miraculo tenebar. Tunc interrogavi angelū  
 & dixi: Qui sunt hi Domine? qui respondit dixit  
 mihi: hi sunt qui mortale tunicā disposuerunt, &  
 immortalē sumpserunt, & confesi sunt nomen  
 Dei: modo coronantur & accipiunt palmas. Et  
 dixi angelo: ille iuuenis, quis est, qui oīs coronas  
 imponit, & palmas in manus tradit? & respon-  
 dens dixit mihi: ipse est filius Dei, quē in seculo  
 confesi sunt. ac propterea nunc eorū laborē re-  
 munerat. o fili Dei viui, ex corde gaudeo quod  
 tales in tuo comitatu viros habeas, quibus tua  
 spolia distribuas, & tuorum prēmiorū parti-  
 cipes facias, exerce erga me reliqua officia, quę  
 ad obsequiū tibi exhibēdū dirigūtur, vt dignū  
 inueniar, erga quē etiā p̄stes quæstoris officū,  
 dedū-

f Matt. 20. 8

g Mat. 19. 19

h Lib. 4. c. 2.

24.  
Apo. 7. 9.



deducens me ad corrigendum tecum in celestis. Amen.

6.

Index.

VIDEMUS officij Iudicis obliti, quod tamen hic ipse Dominus exercet cum hominibus, non solum bonos remunerando, sed etiam improbos in hac vita castigando, sententiam in eos ferens; & morte damnans, reddens poenas ad mensuram culpam. Quod officium continuè exercet usque ad nouissimum vniuersalis iudicij diem, quo reuertetur publicè in mundum, cum maiestate magna, ut omnes homines iudicet, post eorum resurrectionem; repellendo à se peccatores in ignem æternum: iustos verò deducendo secum ad gaudia cœlestia.

Part. 1. Med  
23 &c.

i Apoc. 10. 12

Lib. 4. Mor  
c. 6.

SED quoniam de hoc iudicio multa sunt alibi dicta, id solum nunc addam, quod cum illo die (ut ait S. Ioannes) Dominus iste i aperturus sit totique mundo manifestaturus *librum sanctissimæ vitæ*, ut ex ijs, *quæ in eo scripta erant*, peccatores iudicentur ac damnentur, eo quod nec illum legere, nec imitari voluerint; rationi enim sit consentaneum, quemadmodum S. Gregorius monet, nunc studere lectioni & meditationi huius libri, & reliquorum, qui sunt scientiæ mysticæ, de quibus hactenus egimus, transformantes in nos ipsos virtutes, ad quas talis lectio nos inducit, & aspirantes ad perfectionem supremam, quæ ex libro diuinæ essentia deduci potest, de quo libro in

proximo Tractatu est

agendum.

*Santis 1550 Paderb.*

DUX SPIRITUS  
P. DE PONTE